# BIBLIOTHECÆ SIVE CYNOSURÆ PEREGRINANTIUM,

*Hoc est*

# VIATORII LIBER TERTIUS

## Partis Posterioris,

*In quo*

*DIARIUM APODEMICUM PERPETUUM,*

*nec non*

PROGNOSTICON

*quadruplex, scilicet*

Meteorologicum,
Physiognomicum,
Chiromanticum
&
Oneirocriticum

*Proponitur,*

AUTHORE
DAVIDE FRÖLICHIO, Sac. Cæs. Rq;
Majest. per Regnum Hung. Matth.

*VLMÆ,*
*Sumptibus* Wolffgangi Endteri.
ANNO M. DC. XXXXIV.

*ILLUSTRI AC MAGNIFICO*


DOMINO

# DN. GERHARDO PRIM,

*Sereniss. Regis Poloniæ &c. Capitaneo Soboviczensi Hæreditario in Nassen Hüben &c. Domino D. Patrono suo gratioso,*

DAVID FRÖLICHIUS,

*S. P. D.*



Um Peregrinantes variis fortunæ ludibriis expositi sint; hinc natura sagax varia etiam media

vel eorum commoda promovendi, vel pericula imminentia evitandi nobis exhibet. Ex his verò mediis & remediis familiam ducunt Aſtronomia, Aſtrologia, Meteorologia, Phyſiognomia, Chiromantia & Oneirocritica, quæ omnes ac ſingulæ ſcientiæ ad Peregrinationem felicius inſtituendam plurimum conferunt, atque adeo quidem, ut qui Peregrinator harum diſciplinarum omninò rudis eſt, ſe ſuosque comites ſæpius in ſumma vitæ diſcrimina præcipitet, aliisve modis ſibi ipſi deſit ac obſit. Volui itaque hac quo-

quoq; ratione Viatoribus ſuccurrere ipſorumque ſalutem promovere Tuo verò auſpicatiſſimo Nomini, Illuſtris ac Magnifice Domine, hos meos Apodemicos labores ſolenniter conſecro, eo quod Illuſtrem Magnificentiam Tuam humanioribus & abſtruſioribus hiſce ſtudiis quam maximè delectari, & Peregrinationibus variis, iiſque longiſſimis, fructuoſiſſimis, quondam ſedulam operam navaſſe, à fide dignis viris perceperim: hinc ſpem bonam concepi, I. M. T. hoc ipſũ quicquid eſt laboris gratioſè ſuſcepturam,

meis-

meisque conatibus calcar additurum. Sic Deus ter Opt. Max. hanc Illustris Magnificentiæ Tuæ erga Astro-Physicum & Apodemicum studium propensionem liberalem hujus, ac æternæ vitæ bonis abundè affluentibus largissimè recompensabit, quod Ill. M. T. devote voveo. Cæsareopoli terræ Sepusiensis Hung. 12. Jan. Anno partæ Salutis 1644.

DIA-

# *DIARII APODEMICI PERPETUI*
## PARS PRIOR,

Exhibens

*Dies cujusq; Mensis, juxta calculum Reformatum sive Gregorianum, & duplicem Veterem, Numæ scilicet Pompilii* (quoad Kalend. Non. & Id.) *& C. Iulii Cæsaris: Continens insuper festa fixa præcipua, ortus & occasus Solis, Stellarum illustrium fixarum, earumdem culminationes, Auroræ principia, Crepusculorum fines &c.*

Directum

*Ad mediam Europæ Latitudinem, sive Clima IX Septentrionale, cui potiores* Germaniæ *Provinciæ, cum Partibus quibusdam* Belgii, Angliæ, Galliæ, Hungariæ, Poloniæ *&c. subsunt.*

Peregrinantibus, pro dignoscendis Feriis, inchoandis & terminandis Itineribus (horis præsertim matutinis, vespertinis & mediæ Noctis) proq; inscribendis annuatim quotidianis Actis præcipuis, utilissimum ac maximè necessarium.

*Chara-*

# *Characterum & Abbreviationum in Hemerologio adhibitarum expositio.*

☉. Sol.
♈. Aries.
♉. Taurus.
♊. Gemini.
♋. Cancer.
♌. Leo.
♍. Virgo.
♎. Libra.
♏. Scorpius.
♐. Sagittarius.
♑. Capricorn°.
♒. Aquarius.
♓. Pisces.

h. hora.
q. quadrans.
. unus quadrans.
: duo quadrantes.
⁝ tres quadrantes. (horæ)
M. C Medium Cœli.
M. N. Mediâ Nocte.
M. manè.
V. vesperi.
or. oritur.
occ. occidit.
culm. culminat.

# DIARII APODEMICI PERPETUI POSTERIOR PARS.

*Monſtrans compendia varia, Anni partes, Feſta, & horas tam diurnas quam nocturnas ex motu Lunæ, Veneris, umbra Solis, ſtellis quibusdam fixis &c. dignoſcendi, & inde commodius peregrinandi.*

ANnus *Communis* conſtat 365. diebus, & 6. ferè horis.

*Annus Biſſextilis* ſive *Intercalaris*, dies habet 366. Dies enim unus ex horis 6 quæ integris anni diebus adhærent, quater ſumtis, collectus, quarto quolibet Anno intercalatur, hoc eſt, inſeritur in menſem Februarium, ante *FeſtumMatthiæ*, dicendumque *bis ſexto Kalendarum Martii*, unde & annus ille *Biſſextilis* dicitur. Suntque tunc Menſis illius dies 29. cum alias in anno communi tantum ſint 28. dies.

Cognoſcis vero Biſſextilem annum, ſi numerum annorum Chriſti propoſitorum diviſeris per 4. Diviſione enim facta, ſi nihil remanſerit, annus ille erit Biſſextilis: Si vero unitas ſuperfuerit,

proximus erit à Bissextili; si 2. secundus; si 3. tertius. Annus igitur 1640, factâ operatione deprehenditur esse Bissextilis.

*Partitio Anni.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Annus communis | continet | 52 | 1. diē. Hebdomadas. |
| Quadrās anni, sive *Trimestre* | | 13 | |
| Dimidius ann⁹, sive *Semestre* | | 26 | |
| 3. quadr. sive *Dodrans anni* | | 39 | |

Menses bissenos integer Annus habet.

*Partitio Horârum.*

| | | |
|---|---|---|
| 60 | minuta constituunt | integram horam |
| 45 | | 3. quadrantes h. |
| 30 | | semihoram |
| 15 | | quadrantem horæ |

*Numerus dierum cujuscunque Mensis.*

Triginta Aprilis, Iunius, Septemq; Novemque;
Vno plus reliqui, viginti Februus octo.
At si bissextus fuerit, superadditur unus.

*Initia 4. partium Anni.*

Zodiaci caput est Aries, & VERIS, & Anni:
ÆSTATIS Cancer; AVTVMNI pendula libra:
Incipit ex imo pluvialis HYEMS Capricorno.

Sunt Aries, Taurus, Gemini tibi sidera VERIS.
ÆSTATEM Cancer, Leo trux, cum Virgine complent:
Scorpius AVTVMNVM, duplici cum Lance, Sagittâ:
Hinc HYEMEM Pisces, Capricornus, Aquarius addunt.

Mar-

Martius à medio Ver ducit: Iunius Æstum;
Autumnum September habet: Brumamque December.

Dat *Clemens* Hyemem: dat *Petrus* Ver *cathedratus*:
Æstuat *Vrbanus*: Autumnat *Bartholomæus*.

*De Solstitiis.*

Solstitium Æstivum dat *Iunius*: ipse *December*
Hybernum: hic longa est Nox, ibi longa Dies.

*Lampert Gregori* nox est æquata diei:
*Vitus*, *Lucia* dant duo Solstitia.

Hic observet Lector Solstitia & Æquinoctia sive principia 4. partiũ anni non in ipsos præfatorum SS. dies, sed circa & prope illos, scilicet vel paulo ante in Novo; vel paulo post in Vet. KI. incidere *sic & seq. versus de principio & fine dierum Canicularium* intelligendus est.

*Margaris* os Canis est, caudam *Laurentius* affert.

De hebdomadibus totius anni ita vulgo ratiocinantur, facto initio à die Natali Domini.

Sex sunt ad *Puri*: bis sex sunt usque *Philippi*;
Ad *Iacobum* totidem: novem sunt ad *Michaelem*:
Sex ad *Martini*; sex ad *Natalia Christi*:
Adde dies octo, totus complebitur annus.

*Numeratio dierum menstr. juxta Romanos priscos.*

Sex *Nonas* Majus, October, Iulius & Mars;
Quatuor ast reliqui: dabit *Idus* quilibet octo:
Inde dies alios omnes dic esse *Calendas*,
Quas retro numerans dices à Mense sequente.

*De Festis atque Feriis.*

*Feriæ* dicuntur aliæ *Mobiles*, aliæ *Fixæ*.

*Mobiles* sunt quæ ut ut eâdem feriâ hebdomadæ celebrentur, nullam fixam sedem in Calendario habent, sed diversis annis in diversos Mensium dies cadunt. Cuiusmodi feriæ sunt Dominicæ per totum annum omnes, & inter illas interjecti dies, qui certis ogdoadibus sunt affixi. Dicuntur propterea *Festa Mobilia*, quod quotannis de die uno in alium moveantur; cum fixa contra eodem semper anni die recurrant.

*Dominica* si qua est inter *Circumcisionis* & *Epiphaniæ* festum, nullum quidem certum nomen habet. Quæ vero Dominicæ post festum Epiphaniæ sequuntur, illæ eo, quo diem Epiphaniæ sequuntur, ordinis nomine insigniuntur: *Dominica* quidem proxima, *prima*; hanc sequens, *secunda* &c. quarum interdum plures, interdum pauciores constituuntur, pro Intervalli majoris, vel majore, vel minore quantitate. Desinunt enim ante Dominicum Septuagesimæ: Postea Dominicæ sequentes septem, hoc modo appellantur,

*Septuagesima*,

*Sexagesima*,

*Quinquagesima*, sive *Esto mihi*, vulgo *Dominica Bacchanaliorum*, unde ad *Pascha* sunt semper hebdomadæ 7. & inde totidem ad *Pentecosten*. Proximus dies *Mercurii*, post Dominicam *Esto mihi*, dicitur *Cinerum dies*. Dominicam *Quinquagesimæ* excipit *prima Quadragesimæ*, quæ *Invocavit* dicitur, deinde.

*Reminiscere*,

*Oculi*,

*Lætare*,

*Judica,*
*Palmarum.*

Sequens dies *Iovis* dicitur *Dies Viridium*: Sequens dies *Veneris* appellatur *Parasceve.*

PASCHA, quod omnium Dominicarum & Festorum Mobilium fundamentum & basis est, à quo ea unice dependent,& juxta quod, tam præcedentia, quam subsequentia festa singulis annis aliter disponenda sunt, omissis scilicet vel additis aliquot Dominicis post Epiphanias & Trinit. pro ut Plenilunium Paschale inciderit. Si enim aliquo anno tempestivius Pascha celebrandum,tum sunt pauciores Dominicæ post Epiph.si vero idem festum serius alio anno inciderit, plures sunt Dominicæ post Epiph. & pauciores post Trinit. numerandæ.

A Paschate usque ad Pentecosten semper, ut dixi, sunt septimanæ 7. quarum series & appellatio est subsequens.

*Quasimodogeniti,*
*Misericordias Domini,*
*Jubilate,*
*Cantate,*
*Rogationum*, sive *Vocem Iucunditatis*; subsequenti die Iovis *Ascensio Christi* celebratur.
*Exaudi,*
*Pentecoste*, proxima Dominica dicitur.
*F. Trinitatis*: in proximum diem Iovis *Festivitas Corporis Christi* incidit. Reliquæ deinceps Dominicæ, *Prima, Secunda*, 3. 4. *Trinitatis* dicuntur, & sic deinceps quota nimirum quæq; est post Dominicam Trinitatis,in Adventum usque Domini.

*Adventus Domini* quatuor Dominicas proximas ante festum Nativitatis complectitur,

Prima autem Adventus Dominica, quæ nimi-

rum post Trinitatis Dominicas proximè sequitur, est proxima Dominica ante diem *Barbaræ* : aut quæ propinquior est *Festo S. Andreæ*: nimirum Dominica ea, quæ incidit post 26. diem Novembris, & ante 4. Decembris.

*Atque hæ Feriæ omnes sunt Mobiles.*

*Fixæ* vero seu *Stativæ* sunt, quæ licet diversis hebdomadæ feriis incidant, non tamen ad alios subinde mensium dies referuntur, sed iisdem & statis semper diebus occurrunt, atque ita fixam & certam sedem habent in Calendario. Cujusmodi sunt *Circumcisio Christi*, *Epiphania*, *reliqua Sanctorum & Martyrum omnium festa*, *omnia* per totum annum, quorum tamen paucissima, & ea tantum, quæ rubricâ notata sunt, festivaliter celebrantur.


Cognitis hisce Festis facilis utriusque est Intervalli inventio, quorum primum dicitur *Intervallum Minus*, posterius appellatur *Intervallum Majus*.

*Intervallum Minus* est tempus, sive numerus hebdomadarum & dierum inter *Nativitatem Christi*, ac *Dominicam Esto mihi*.

*Intervallum Majus* est spacium temporis inter *festum Pentecostes*, & *primam Adventus Dominicam*, & minimum 22. ad summum 27. hebdomadas, seu Dominicas post Trin. complectitur.

*Potest Lector ex sequenti* Tabulâ *annuatim omnia præfata Festa mobilia præcedenti Calendario tam Gregoriano, quam Iuliano, inserere, & ita in anno quolibet proposito*, Intervallum minus & majus, *nec non differentiam inter* Novum & Vetus Pascha, *levissima opera investigare* : *quippe cognitis terminis, interjecta iis differentia latere non potest.*

TA-



I.

# TABULA,

Feſtivitates Paſchales in Novo KL. explicitè; in Veteri vero implicite exhibens, ab Anno Chriſti 1642. ad finem uſque hujus ſeculi Decimi ſeptimi.

| ANNO CHRISTI. | Paſcha Novi KL. | Intervallum minus Vet. KL. Sept. | Intervallum minus Vet. KL. Dies | Differentia N. & V. Paſch. |
|---|---|---|---|---|
| 1642 | 2. April. | 8. | 1. | 0. |
| 1643 | 5. April. | 7. | 0. | 1. |
| 1644 | 27. April. | 9. | 6. | 5. |
| 1645 | 16. April. | 7. | 4. | 0. |
| 1646 | 1. Apr. | 6. | 3. | 1. |
| 1647 | 21. Apr. | 9. | 2. | 1. |
| 1648 | 12. Apr. | 7. | 1. | 0. |
| 1649 | 4. Apil. | 5. | 6. | 0. |

| ANNO CHRISTI. | Pascha Novi KL. | Intervallum minus Vet. KL. Sept. | Dies | Differentia N.& V.Pasch |
|---|---|---|---|---|
| 1650. | 17. April. | 8. | 5. | 1. |
| 1651. | 9. Apr. | 6. | 4. | 0. |
| 1652. | 31. Mart. | 9 | 3. | 4. |
| 1653. | 13. Apr. | 8. | 1. | 1. |
| 1654. | 5. Apr. | 6. | 0. | 0. |
| 1655. | 28. Mart. | 8. | 6. | 4. |
| 1656. | 16. Apr. | 7. | 5. | 0. |
| 1657. | 1. Apr. | 6. | 3. | 1. |
| 1658. | 21. Apr. | 8. | 2. | 0. |
| 1659. | 13. Apr. | 7. | 1. | 0. |
| 1660. | 28. Mart. | 10. | 0. | 5. |
| 1661. | 17. Apr. | 8. | 5. | 1. |
| 1662. | 9. Apr. | 6. | 4. | 0. |
| 1663. | 25. Mart. | 9. | 3. | 5. |
| 1664. | 13. Apr. | 8. | 2. | 1. |
| 1665. | 5. Apr. | 6. | 0. | 0. |
| 1666. | 25. Apr. | 8. | 6. | 0. |
| 1667. | 10. Apr. | 7. | 5. | 1. |
| 1668. | 1. Apr. | 5. | 4. | 0. |
| 1669. | 21. Apr. | 8. | 2. | 0. |
| 1670. | 6. Apr. | 7. | 1. | 1. |
| 1671. | 29. Mart. | 10. | 0. | 5. |
| 1672. | 27. Mart. | 3. | 6. | 0. |

1673.

| ANNO CHRISTI. | Paſcha Novi KL. | Intervallum minus Vet. KL. Sept. | Dies | DifferentiaN.& V.Paſch. |
|---|---|---|---|---|
| 1673. | 2. Apr. | 6. | 4. | 1. |
| 1674. | 25. Mart. | 9. | 3. | 5. |
| 1675. | 14. Apr. | 7. | 2. | 0. |
| 1676. | 5. Apr. | 6. | 1. | 0. |
| 1677. | 10. Apr. | 8. | 6. | 1. |
| 1678. | 10. Apr. | 0. | 5. | 0. |
| 1679. | 2. Apr. | 6. | 4. | 4. |
| 1680. | 21. Apr. | 8. | 3. | 0. |
| 1681. | 6. Apr. | 7. | 1. | 1. |
| 1682. | 29. Mart. | 9. | 0. | 4. |
| 1683. | 18. Apr. | 7. | 6. | 0. |
| 1684. | 2. Apr. | 6. | 5. | 1. |
| 1685. | 22. Apr. | 9. | 3. | 1. |
| 1686. | 14. Apr. | 7. | 2. | 0. |
| 1687. | 30. Mart. | 6. | 1. | 1. |
| 1688. | 10. Apr. | 9. | 0. | 1. |
| 1689. | 10. Apr. | 6. | 5. | 0. |
| 1690. | 26. Mart. | 9. | 4. | 5. |
| 1691. | 15. Apr. | 8. | 3. | 1. |
| 1692. | 6. Apr. | 6. | 2. | 0. |
| 1693. | 22. Mart. | 9. | 0. | 5. |
| 1694. | 11. Apr. | 6. | 7. | 1. |
| 1695. | 3. Apr. | 5. | 5. | 0. |

| ANNO CHRISTI. | Pascha Novi KL. | Intervallum minus Vet. KL. Sept. | Dies | Differentia N.& V.Pasch. |
|---|---|---|---|---|
| 1696. | 22. Apr. | 8. | 4. | 0. |
| 1697. | 7. Apr. | 7. | 2. | 1. |
| 1698. | 30. Mart. | 10. | 1. | 5. |
| 1699. | 19. Apr. | 8. | 0. | 0. |
| 1700. | 11. April. | 6. | 6. | 0. |



Cen-

# Consignatio Evangeliorum Dominicalium.

DOminica inter Circumcisionis & Epiphaniæ Festum, *legitur textus fugæ parentum cum recens nato Immanuele in Ægyptum Matthiæ.* 2. Cum recessissent Magi &c. *ad finem*: vocavi filium meum.

Dominica I. post Epiph. *de Christo 12. annorum cum parentibus ad Pascha eunte, Luc.* 2. Et ibant parentes ejus &c. *ad finem*: apud Deum & homines.

Dominica II. post Epiph. *de nuptiis in Cana Galileæ, Ioh.* 2. Et die tertiâ nuptiæ &c. *ad finem*. crediderunt in eum discipuli ejus.

Dominica III. post Epiph. *de sanatione leprosi & ministri Capitanei, Matthæi* 8. Cum autem descendisset, &c. *ad finem*: sanatus est puer in illa hora.

Dominica IV. post Epiph. *de Christo imperante mari, Matth.* 8. Et conscendente eo naviculam, &c, *ad finem*: venti & mare obediunt ei.

Dominica V. post Epiph. *Parabola de seminante bonum semen, Matth.* 13. Aliam parabolam proposuit, &c. *ad finem*: in horreum meum.

Dominica VI. post Epiph. *de suibus Gergesenorum Matth.* 8. Et cum venisset Iesus &c. *ad finem*: à finibus eorum.

Dominica Septuages. *de condacente operarios in*

*Vineam, Matth.* 20. Simile est regnum &c. *ad finem:* pauci electi.

Dominica Sexages. *de quadruplici semente, Lucæ.* 8. Cum turba plurima &c. *ad finem*: afferunt in patientia.

Dominica Quinquages. *de prædicatione Paß. & mortis Christi & sanatione cæci. Luc.* 18. Assumsit Iesus &c. *ad finem usque capitis.*

Dominica Invocavit *de triplici tentatione Christi Matth.* 4. Tunc Iesus ductus est &c. *ad finem: ministrabant ei.*

Dominica Reminiscere *de sanatione filiæ Cananeæ Matth.* 15. Egressus Iesus &c. *ad finem*: filia ejus ex illa hora.

Dominica Oculi, *de ejectione Dæmoniorum Lucæ* 11. Et erat &c. *ad finem*: & custodiunt illud.

Dominica Lætare, *de saturatione quinque millium, Ioan* 6. Posthæc abiit &c. *ad finem:* in montem ipse solus.

Dominica Iudica, *de Christo cum Iudæis disputante Ioan.* 8. Quis ex vobis arguit &c. *ad finem.* & exivit de templo.

Dominica Palmarum, vel *de institutione cœnæ Dominicæ* ex aliquo Apostolorum legitur & explicatur; Vel agitur *de Adventu Domini regio ad paßionem, ex Matth.* 21. Et cum appropinquassent, &c, *ad finem*: Hosianna in excelsis.

Dominica Paschæ, *de historia resurrectionis Mar.* 16. Et cum transiisset &c. *ad finem*; timebant eum.

Dominica Quasimodogeniti, *de duabus apparitionibus Christi post resurrectionẽ una in absentia, altera in præsentia Thomæ, ex Ioan.* 20. c. Cum vespera esset die illo &c. *ad finem*; in nomine ejus.

Dominica Misericor. *de bono pastore. Ioan.* 10. Ego sum pastor bonus, &c. *ad finem*; & unus pastor.

Do-

Dominica Iubilate, *de Christi abitu ad Patrem. Ioan.* 16. Pusillum & non videbitis me &c. *ad finem*; non interrogabitis quidquam.

Dominica Cantate, *de promissione S.S. Ioan.* 16. Et nunc vado ad eum &c. *ad finem*: & annunciabit vobis.

Dominica Vocem jucunditatis, *de precatione patris per filium, Ioan* 16. Petite, & accepietis, &c. *ad finem*; à Deo existi.

Dominica Exaudi, *de munere S.S. Ioan.* 15. Cum autem venerit paracletus, &c. *ad finem*; quia vobiscum eram.

Dominica Pentecostes, *de promissione S. S. Ioan.* 14 Si quis diligit me, &c. *ad finem*; Surgite eamus hinc.

Dominica Trinitatis, *de Nicodemo & regeneratione, Ioan.* 3. Erat autem homo, &c. *ad finem*: sed habeat vitam æternam.

Dominica I. Post Trinit. *de divite & Lazaro. Lucæ* 16. Homo quidam erat dives &c. *ad finem*: mortuis resurrexerit, credet.

Dominica II. post Trinit. *de cœna magna Luc.* 14. Homo quidam fecit, &c. *ad finem*: gustabit cœnam meam.

Dominica III. post Trinit. *de Ove & drachma perditis, Luc.* 15. Accedebant autem, &c. *ad finem*: pœnitentiam agente.

Dominica IV. post Trinit. *de moribus Christianis convenientibus Luc.* 16. Estote ergo misericordes, &c. *ad finem*: de oculo fratris tui.

Dominica V. post Trinit. *de Petro piscatore, Luc.* 5. Factum est autem &c. *ad finem*: secuti sunt eum.

Dominica VI. post Trinitatis, *de justitia Phariseo-*

*ſæorum & vera, Matth.* 6. Dico autem vobis, &c. *ad finem:* noviſſimum quadrantem.

Dominica VII. poſt Trinit. *de ſaturatione quatuor millium. Mar.* 8. In diebus illis cum turba, &c. *ad finem.* & dimiſit eos.

Dominia VIII. poſt Trinit. *de falſis Prophetis, Matth.* 7. Cavete á falſis Prophet. &c. *ad finem:* qui operamini iniquitatem.

Dominica IX. poſt. Trinit. *de diſpenſatore iniquo, Luc.* 16. Dicebat autem, &c. *ad finem:* in æterna tabernacula.

Dominica X. poſt Trinit. *de excidio Hieroſolymæ Luc.* 19. Et ut appropinquavit, &c. *ad finem:* audiens illum.

Dominica XI poſt Trinit. *de Phariſæo & Publicano, Lucæ* 18. Dixit autem & ad quoſdam, &c. *ad finem:* humiliat, exaltabitur.

Dominica XII. poſt Trinit. *de ſurdo muto ſanato, Marc.* 7. Et iterum ejiciens &c. *ad finem:* & mutos loqui.

Dominica XIII. poſt Trinit. *de ſauciato & Samaritano, Luc.* 10. Et converſus ad diſcipulos, *ad finem;* & fac ſimiliter.

Dominica XIV. poſt Trinit. *de decem leproſis, Luc.* 17. Et factum eſt, &c. *ad finem;* fides tua te ſalvum fecit.

Dominica XV. poſt Trinit. *de vitanda cura mundanorum, Matth.* 6. Nemo poteſt 2. Dominis, &c. *ad finem;* ſufficit ſua diei afflictio.

Dominica XVI. poſt Trinit. *de filio viduæ reſuſcitato, Luc.* 7. Cum autem appropinquaret, &c. *ad finem;* & omnem circa regionem.

Dominica XVII. poſt Trinit. *de hydropico & primis diſcumbentibus, Luc* 14. Et factum eſt, &c. *ad finem;* qui ſe humiliat, exaltabitur.

Do-

Dominica XVIII. poſt Trinit. *de præcepto maximo, Matth.* 22. Phariſæi autem audientes, &c. *ad finem*; amplius interrogare.

Dominica XIX, poſt Trinit. *de Paralytico ſanato, Matth.* 9. Et ingreſſus navem, &c. *ad finem*; poteſtatem talem hominibus.

Dominica XX. poſt Trinit. *de vocatis ad nuptias, Matth.* 22. Et reſpondens Ieſus, &c. *ad finem*; pauci electi.

Dominica XXI. poſt Trinit. *de reguli filio ſanato, Ioan.* 4. Et erat quidam Regius &c. *ad fin.* à Iudæa in Galilæam.

Dominica XXII. poſt Trinit. *de Rege rationes exigente, Matt.* 18. Ideo aſſimilatum eſt, &c. *ad fin.* de cordibus veſtris.

Dominica XXIII. poſt Trinit. *de cenſu Cæſari dando, Matth.* 22. Tunc abeuntes Phariſæi, &c. *ad fin.* & relicto eo abierunt.

Dominica XXIV. poſt Trinit. *de reſuſcitata filia Archiſynagogi & ſanata menſtruoſa, Matth.* 9. Hæc illo loquente, &c. *ad fin.* univerſam terram illam.

Dominica XXV. poſt Trinit *de excidio templi & fine mundi, Matth.* 14. Cum videritis abominationem, &c. *ad fin.* congregabuntur aquilæ.

Dominica XXVI. poſt Trinit. *de extremo iudicio, Matth.* 25. Cum autem venerit filius hominis, &c. *ad fin.* in vitam æternam.

Dominica XXVII. poſt Trinit. *de præparatione ad extremum iudicium, vel Matth* 24. Sicut in diebus. Noæ, &c. *ad fin.* & ſtridor dentium, vel Matt. 25. Tunc ſimile erit regnum, &c. *ad fin.* neſcitis diem neque horam.


Dominica Advent. I. *de ingreſſu regio Chriſti Hieroſolymam, Matth.* 21. *ad fin.* ut ſupra die Palmarum.

Dominica Advent. II. *de signis Adventus Christi ad Judicium, Luc.* 21. Et erunt signa, &c. *ad finem*: stare ante filium hominis.

Dominica Advent. III. *de testimonio Christi & Ioan. Matth.* 11. Ioannes autem cum audisset, &c. *ad fin.* præparabit viam tuam.

Dominica Advent. IV. *Ioannis de se & Christo confessio, Ioan.* 1. Et hoc est testimonium &c. *ad finem*: ubi erat Ioannes baptizans.

Dominica post Nativit. festum, *de parentibus admirantibus vaticinia Simeonis & Annæ, Luc.* 2. Et erat pater ejus & mater, &c. *ad finem*: gratia Dei erat in illo.



II.

# TABULA

Duplex,

*Ostendens Novilunia Styli utriusque ab Anno Christi* 1644. *usque ad Annum Christi.* 1673.

Numerus in areis consignatus designat diem præfixi Anni & Mensis in quem Novilunium incidit. Ex. gr. Anno Chr. 1645. primum Novilunium juxta Stylum reformatum die 27. Ianuarii incidit subsequens Novil. 15. Febr. In veteri vero Calendario ejusdem An. 7. Ian. & 16. Febr. &c.

An.

| An. Ch. | Ian. | Feb. | Mar. | Apr. | Mai. | Iun. | Iul. | Aug. | Sept. | Oct. | Nov. | Dec. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1644 | 9 | 8 | 8 | 7 | 6 | 4 | 4 | 2 | 1.30 | 30 | 29 | 29 |
| 1645 | 27 | 26 | 27 | 26 | 25 | 23 | 23 | 21 | 20 | 19 | 18 | 18 |
| 1646 | 17 | 15 | 17 | 15 | 15 | 13 | 12 | 11 | 9 | 8 | 7 | 7 |
| 1647 | 6 | 4 | 6 | 5 | 4 | 3 | 2.31 | 30 | 28 | 27 | 26 | 26 |
| 1648 | 24 | 23 | 24 | 22 | 22 | 21 | 20 | 16 | 15 | 16 | 14 | 14 |
| 1649 | 13 | 11 | 13 | 12 | 11 | 10 | 9 | 8 | 6 | 6 | 4 | 4 |
| 1650 | 2 | 1 | 2 | 1.30 | 30 | 29 | 28 | 27 | 25 | 25 | 23 | 23 |
| 1651 | 2 | 20 | 21 | 19 | 19 | 18 | 17 | 16 | 14 | 14 | 13 | 12 |
| 1652 | 11 | 9 | 10 | 8 | 7 | 6 | 5 | 4 | 2 | 2 | . | 1.30 |
| 1653 | 29 | 27 | 29 | 27 | 26 | 25 | 24 | 23 | 21 | 21 | 18 | 17 |
| 1654 | 11 | 17 | 18 | 17 | 16 | 14 | 14 | 12 | 10 | 10 | 9 | 8 |
| 1655 | 7 | 5 | 8 | 6 | 6 | 6 | 3 | 2.31 | 29 | 4.29 | 28 | 27 |
| 1656 | 26 | 25 | 26 | 24 | 24 | 22 | 11 | 20 | 18 | 17 | 16 | 15 |
| 1657 | 14 | 12 | 15 | 13 | 13 | 12 | 10 | 9 | 8 | 7 | 5 | 5 |
| 1658 | 3 | 2 | 4 | 2 | 2.31 | 30 | 30 | 28 | 27 | 26 | 25 | 24 |
| 1659 | 22 | 21 | 23 | 21 | 21 | 19 | 19 | 18 | 16 | 16 | 14 | 14 |
| 1660 | 12 | 10 | 11 | 9 | 9 | 7 | 7 | 16 | 4 | 4 | 3 | 2 |
| 1661 | 1.30 | . | 1.30 | 28 | 28 | 26 | 26 | 24 | 23 | 23 | 21 | 21 |
| 1662 | 20 | 18 | 20 | 18 | 17 | 16 | 15 | 13 | 22 | 12 | 10 | .0 |
| 1663 | 9 | 8 | 9 | 8 | 7 | 5 | 5 | 3 | 1 | 1.30 | 29 | 29 |
| 1664 | 28 | 27 | 27 | 26 | 25 | 23 | 23 | 21 | 19 | 19 | 17 | 17 |
| 1665 | 16 | 15 | 16 | 15 | 15 | 13 | 12 | 11 | 9 | 8 | 7 | 6 |
| 1666 | 5 | 4 | 5 | 4 | 4 | 2 | 2.31 | 30 | 28 | 27 | 26 | 25 |
| 1667 | 24 | 22 | 24 | 23 | 22 | 21 | 21 | 19 | 18 | 17 | 15 | 15 |
| 1668 | 14 | 12 | 13 | 11 | 11 | 9 | 9 | 7 | 6 | 6 | 4 | 4 |
| 1669 | 2.31 | 1 | 2.31 | 30 | 29 | 28 | 27 | 26 | 25 | 24 | 23 | 23 |
| 1670 | 21 | 20 | 21 | 19 | 19 | 17 | 17 | 15 | 14 | 14 | 12 | 12 |
| 1671 | 11 | 9 | 11 | 9 | 9 | 7 | 6 | 4 | 3 | 3 | 1 | 1.31 |
| 1672 | .30 | 28 | 29 | 27 | 26 | 25 | 24 | 22 | 21 | 20 | 19 | 19 |
| 1673 | 18 | 16 | 18 | 17 | 16 | 14 | 14 | 12 | 10 | 10 | 8 | 8 |

Novilunia Styli reformati.

An

*Novilunii die, præscripta ratione, cognitâ, facile ex subsequentibus Aphorismis simplicissimis cæteræ quoque Lunæ facies innotescent.*

1. TEmpus ab uno Novilunio ad alterum est dierum 30. fere.

2. *Novilunium* fit 15. die post Plenilunium: dicitur etiam *Luna silens, Interlunium*, nec non *Conjunctio*, siquidem tum Luna & Sol in uno Zodiaci signo conjunguntur. Illius character vulgaris est plenus niger orbiculus ● vel circellus cum extensâ lineolâ ☌.

3. Crescit Luna statim à Novilunio.

4. *Crescens Luna* oritur quidem interdiu, sed post occasum demum Solis lucet.

5 Tertio vel quarto, ut plurimum (rarissimè primo vel secundo) die à Conjunctione Lunæ cum Sole, incipit Luna vesperi in plaga occidua apparere, sub forma falcis aut cornuum, & sequitur Solem.

6. Nova & crescens Luna projicit cornua sua, sive concavam partem versus Ortum, & quidem post 7. d. 9. h. 11. min. Oritur circiter meridiem, ideo horis pomeridianis conspicitur, & dicitur vulgo *Prima Quadratura*, vel *Quadra crescentis*, item *Luna dividua*, Germ. das erste Viertheil. Ejus nota est dimidius orbiculus niger ☽, ventrem suum seu convexam partem ad dextram, & cuspides utrasque incurvatas, sive concavitatem juxta sinistram tuam, nec non versus Ortum à Sole extendens.

7. Quam diu Luna lucet prioribus horis noctis, & vespertina est, augetur lumine.

8. Cum de nocte exoritur, ac posterioribus ho-

ris

ris nocturnis lucet, & matutina dicitur ſeneſcens eſt: tantoque propior futuro Novilunio, quanto paucioribus horis luce ſua nocturnas tenebras diſpergit, ſicuti in Plenilunio tota nocte refulget atque conſpicitur.

9. *Plenilunium* oritur veſperi in plaga Orientali, cum Sol ex adverſo, in plaga ſcilicet occidentali, infra Horizontem deſcendit, ita, ut ſimul fere Sol & Luna, uno eodemque tempore, conſpici, in planicie, poſſint, Luna nempe in Ortu, Sol in Occaſu.

10. Plena Luna eſt pernox, id eſt, tota ut dixi, nocte (nubibus haud obſtantibus) illuſtrat terrã, totâ die eſt infra terram. E contra Novilunium Hemiſphærium ſuperius totâ die occupat, nobiſque, Sole lucente, eſt inviſibile, tota inſuper nocte ſub inferiori Hemiſphærio deliteſcit (*nec tamen à populis Orientalioribus vel Occidentalioribus, aut Antipodibus noſtris, apud quos tum (ſcilicet ſub noſtra nocte) dies eſt, ob conſimilem Solis præſentiam, videri poteſt, Nam quando Indis Orientalibus Sol aut Luna eſt in meridie, nobis oritur, Americanis, Indis vulgo occidentalibus dictis, eſt in medio cœli, &, ratione Solis, illis eſt media nox: Quando nobis hæc duo Luminaria ſunt in meridie, tum Indis orientalibus occidunt, & Americanis oriuntur.*)

11. *Plenilunium* dicitur etiam *Oppoſitio*, quia Soli tum oppoſita eſt Luna. Ejus vulgaris character eſt ruber orbiculus Plenilun. vel duo circelli lineâ conjuncti Oppoſit.

12. Plenilunium ſemper diſtat à Novilunio intervallo dierum 14. horarum 18. minut. 22. ſecund. 2. pro hiſce horis atque minutis, communiter dies integer ſubſtituitur, hinc in Aphor 1. dixi, Novilunium 15. die poſt Plenilunium fieri.

13. De-

13. Decrescit Luna mox à Plenilunio, & continuè usque ad exortum Solis lucet, ideo manè conspicitur.

14. *Decrescens Luna* noctu supra Horizontem ascendit.

15. Ortus Lunæ in singulos dies tardatur circa tres quadrantes horæ, vel accuratius, ad quatuor quintas partes, unius horæ, quæ 48. minuta, sive unam horam, minus quintâ parte horæ constituunt: *Vt si hodie octa fuerit hora 9. meridie oras oritura est quintâ parte horæ ante 10. & perendie tribus quintis partibus horæ post decimam, atque ita deinceps.*

16. Decrescens Luna projicit cornua sua à Sole versus Occasum, præcedit Solem, diciturque *Luna Vetus*, sive *senescens*, das alte Liecht.

17. Decrescens Luna semiplena intra septimum & octavum diem à Plenilunio, & 21. die à Novilunio incidit, circiter mediam noctem se visendam præbet, & horis matutinis atque antemeridianis apparet. Appellatur *Quadra decrescentis*, vel *Quadratura secunda*, *ultima*, das letzte Virthel. Ejus signatura est dimidius ruber orbiculus, ventrem suum ad sinistram & cornua ad dextram vertens ☾.

Teneantur hic isti versiculi triviales.

*Dextra cavam Veteris replebit, læva recentis;*
*Hoc ætas Lunæ noscitur indicio.*

*Porro rudioribus serviam, & quando Luna supra terram singulis diebus, vel infra eandem sit, vulgari modo aperiam.*

Die illo, quo Novilunium accidit, Luna se sub terram recondit mox post crepusculum; sub eadem-

demque manet per totam noctem; post auroram vero redit, & per totum diem supra terram est.

Altero à Novilunio die occidit post sesquihoram noctis, & oritur manè elapsâ diei sesquihorâ.

Tertio die abscondit se elapsis noctu duabus horis & quadrante, redit vero ad nos die sequenti, duabus horis diei & horæ quadrante, finitis.

Quarto die sub terram descendit elapsis de nocte tribus horis Elapsis postridie de die totidem, suprà terram ascendit.

Die 5. ( post Novilunium ) occidit Luna. post horas noctis tres & dimidiam: post tot diei sequentis iterum oritur.

Die 6. mergitur post quatuor noctis horas, & horæ quadrantem: redit autem mane post tot diei horas elapsas.

Septimo die absconditur, finitis noctu horis 5. & horæ parte 8. postridie iisdem diei horis redit.

Octava die circa mediam noctem occidit: Oritur igitur circa meridiem diei proximi.

Nono se abscondit brevi post horam noctis septimam: & brevi post horam septimam diei sequentis supra terram redit.

Decimo die occasus Lunæ fit post octavam noctis horam: ortus post octavam diei sequentis.

Vndecimo, nona noctis horâ finitâ occidit: finitâ eadem postridie oritur.

Duodecimo sub terram migrat, elapsis de nocte 10. horis & horæ quadrante: post tot diei revertitur.

Die 13. & 14. Hora noctis 10. occasum: diei vero 11. ortum præbet.

*Die* 15. post Novilunium occidit Sole oriente: oritur autem Sole occidente.

*Die*

Die 16. occidit dimidiâ post Solis ortum horâ: oritur semihorulâ post Solis occasum elapsâ.

Die 17. absconditur circa 1. quadrantem horæ diei secundæ, usque ad 1. quadrantem secundæ horæ noctis.

Die 18. brevi post duas diei horas terram subit: redit autem brevi post duas noctis horas finitas.

Die 19 occidit post 3. diei horam: post tertiam vero noctis iterum oritur.

Die 20. paulo tardius occidit & oritur.

Die 21. finitis de die horis 4. minutisque 8. vel 9. occidit: & totidem de nocte elapsis revertitur.

Die 22. descendit post horas diei quinque & 8. ferè horæ unius parte: post tot noctis iterum ascendit.

23. Meridies occasum: Nox intempesta ortum Lunæ. præbebit.

24. Die, 7. diei nondum completâ horâ occasum: Eadem noctis ortum Lunæ adfert.

25. Die, post 7. matutinam occidit, post eandem nocturnam oritur.

26.8. Pars horæ post 8. diei finitam occasus: noctis vero ortus tempus est.

27. post 9. diei occidit; post 9. noctis oritur.

28. Circa primum post 10. diei quadrantem terram subit: circa eandem diei supra terram redit.

29. Vndecimâ horâ completâ interdiu occasum; noctu adfert ortum.

30. Die cum Sole oritur, & cum eodem iterum occidit.

*Vtetur autem hic Lector discretione: & noctem semper hora 6. pomeridiana: diem 6. matutina initium sumere sibi imaginabitur. Alias enim hic Lunæ;*

*ortus & occasus cum æquinoctiis saltem concordaret.*

## Obiter ortum & occasum Lunæ, sequens monstrat Tabella.

III.

| Dies à Novilun. | | H.ort, | Occ. ☽ | Dies à Nov. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 16 | $6\frac{1}{2}$ | 1 | 9 | 24 |
| 2 | 17 | $7\frac{1}{2}$ | 2 | 10 | 25 |
| 3 | 18 | 8 | 3 | 11 | 26 |
| 4 | 19 | 9 | $3\frac{3}{4}$ | 12 | 27 |
| 5 | 20 | $9\frac{1}{2}$ | $4\frac{1}{2}$ | 13 | 28 |
| 6 | 21 | $10\frac{1}{8}$ | 5 | 14 | 29 |
| 7 | 22 | 11 | 6 | 15 | 30 |
| 8 | 23 | 12 | | | |
| Dies à Novilunio | | Dimid. | Horol | Dies á Novil. | |

Alia

IV.

Alia consimilis Tabella.


| Dies ætatis Lunæ | | | Duratio luminis Lunaris | |
|---|---|---|---|---|
| | | | h. | m. |
| 1 | 29 | | 0 | 48 |
| 2 | 28 | | 1 | 36 |
| 3 | 27 | | 2 | 24 |
| 4 | 26 | | 3 | 12 |
| 5 | 25 | | 4 | 0 |
| 6 | 24 | | 4 | 48 |
| 7 | 23 | | 5 | 36 |
| 8 | 22 | | 6 | 24 |
| 9 | 21 | | 7 | 12 |
| 10 | 20 | | 8 | 0 |
| 11 | 19 | | 8 | 48 |
| 12 | 18 | | 9 | 36 |
| 13 | 17 | | 10 | 24 |
| 14 | 16 | | 11 | 12 |
| 15 | 15 | | 12 | 0 |
| Serò | Manè | | lucet | Luna |

## *Illustratio præcedentis Tabulæ per Exempla.*

SI cupit viator cognoſcere quotâ horâ nocturnâ Luna occidat 31. die Octobris novi, ſive 21. veteris Octobris Anno Chr. 1650. diſcat primo ætatem Lunæ ex Tabella Noviluniarum numero 11. nec non ex ſubjunctis Aphoriſmis Lunationum, vel ex Calendario aliquo pleniore dicti 1650. anni, quotus nempe tum dies ſit à Novilunio, & offendet ſeptimum: deinde habeat rationem longitudinis noctis circa illud anni tempus, apparebitque ex præcedenti explicatione Long. noctis tum eſſe 14. horarum; illas 14. horas, quærat in fronte iſtius Tabulæ, inquirat etiam in ſiniſtra, ſive anteriori ſerie Tabulæ Septimum illum diem à Novilunio, & correſpondebit ipſi è regione ſub longit. Noct. 14. hor. numerus 10: Ergo præfato 31. 21. October Luna poſt dimidiam horam Decimæ occidet.

Si vero vult ortum Lunæ inveſtigare die 16. 6. Iulii præfati 1650. Anni, ſimiliter quantitatem Noctis primum obſervet, quem videt eſſe 8. h. poſt ex Calendario ejusdem Anni, vel ex Tab. II. numeret dies à præcedente Novilunio uſque ad 16. 6. Iulii, inveniet 18. dies eſſe, atque ita eundem diem incidere in medium novi, & prinupium veteris Iulii hunc numerum (18) quærat verſus latus ſiniſtrum in prima ſejuncta ſerie, in ſecunda parte hujus Tabulæ, & in area vicina verſus dextram (juxta 18. diem) cujus frontiſpicio h. 8. præfixæ ſunt, animadvertet 9: qui numeris Lectorem inſtituit Lunam 16. 6. Iulii Anno 1650. dimidia hora Decimæ noctu oriri.

Dilu-



ia-
ri
Luna
post
♂,
sive à
No-
vilu-
nio
die

S

te
tr
n

## *Diluculi & Auroræ Principium Viator ex apparitione Phosphori sive Luciferi infallibiliter animadvertet, qui lucebit An. Chr.*

1644. Per Autumnum.
1645. Per Hyemem & Ver.
1646. Per Æst. Aut. & princip. Hyemis.
1647. Sub principium & finem Anni.
1648. Per Hyemem, Ver & partem Æstat.
1649. Per Autumnum & Hyemem.
1650. Per Hyemem.
1651. Per Ver, Æst. & med. Aut.
1652. Per Autumnum.
1653. Per Hyemem & Ver.
1654. A fine Veris per totum Annum.
1655. In principio & fine Anni.
1656. A principio Anni usque ad Autumnum.
1657. A posteriore parte Æst. usq; ad finem Anni.
1658. Per Hyemem usque in princip. Veris.
1659. A Vere usque in medium Autumnum.
1660. Per posteriorem Autumni partem.
1661. Per Hyemem & Ver.
1662. Ab Æstate usque ad finem Anni.
1663. Sub principium & finem Anni.
1664. A principio anni, usque ad partem Æstatis.
1665. A posteriori parte Æstatis, usque ad finem Anni.
1666. A principio anni, usque in principium Veris.
1667. A Vere, usque in Autumnum.
1668. Per Autumnum.
1669. Per Hyemen & Ver.
1670. Per Æst. & Autumnum.
1671. Per principium Hyem. & finem Anni.

1672. Per Hyemen, Ver & partem Æstatis.
1673. A posteriore parte Æstatis usque ad finem
Anni.

Cæteris anni partibus vesperi apparebit, & Hesperus erit. Aliquando Phosphorus de nocte tempestivius, & ferè post mediam noctem (præsertim Æstate) aliquando serius oritur, quod viator observare debet, ne horas itineris vel anticipet, vel retardet. Nonnunquam Itinerantes Iovem, Martem vel Sirium horis nocturnis lucentem pro Phosphoro falso observant. Phosphorus, & Hesperus non sunt diversæ stellæ, sed tantum unus idemque Planeta Venus; qui manè apparens Phosphorus vel Lucifer, vesperi vero prodiens, Hesperus appellatur, & cum per 3. anni quadrantes fuit Lucifer, per subsequentes tres ferè quadrantes est Hesperus.

Positus *Plejadum*, *Orionis*, *Cygni*, *Arcturi*, *utriusque Vrsæ* nec non *Gallicinium* communes quoque sunt certarum horarum nocturnarum indices, vel colonis & aurigis notissimi: posteriori tamen non semper fidendum. Nam quandoque Galli præsentientes mutationem aëris, vel ab aliis excitati, intempestivius canunt, sæpe etiam Aurigæ ipsorum cantum imitantes simpliciores suos comites decipere solent. Alias plerique Galli primâ vice canunt dimidiâ 2. h. alterâ vice dimidiâ tertiâ Vltimo ingruente aurorâ. Quidam vero vel nocte intempesta circa horam 12. vel circa h. 1 primo; circa h. 3. secundo; & sub diluculo tertio cantillant, prout nempe cujusvis temperamentum dispositum est.

*Modus conjectandi Horas noctis, adminiculo manuum.*

Ho-

Horam noctis possumus conjectare, observatis duabus stellis, quarum una valde parva, *Alcor* dicta, secundo equo Plaustri majoris tanquam eques insidet; altera ex anterioribus rotæ Plaustri hujus (ita enim solent vulgo appellare ursum majorem) stella primæ magnitudinis, & lucidior quam altera rota anterior. *Compendii hujus author est Petrus Appianus libro de Quadrante Astronomico; sed paulo videtur obscurior, itaque modus ille sic, ex mente Frischlini, explicandus est.*

Collige in manum dextram calamos longiores duos, sese mutuo, orthogonaliter quasi, intersecantes, in formam Crucis. Deinde alios quatuor sume breviores & binos illorum utrinque interponito, ita ut è puncto intersectionis, quasi lineæ rectæ & diametrales procurrant. Collectos in hunc modum sex calamos contine trium digitorum, nempe pollicis, indicis & medii articulis superioribus; ac duobus digitis sinistræ manus, indice & medio, sic eosdem calamos divide ac divarica, ut paribus intervallis inter se distent, ac speciem quandam semicirculi referant. Simul in medio singulorum intervallorum adhuc unum calamum imaginaberis, ut ab initio primi calami, usque ad finem ultimi habeas duodecim horas. Nam in primo intervallo, quod Ortum respicit, intelligendus erit *December*, in sequenti altero *Ianuarius*, in tertio *Februarius*, in quarto *Martius*, in quinto *Aprilis*, in sexto intervallo, quod Occasum spectat, *Majus*, Rursus in primo intervallo *Iunius*, in secundo *Iulius*, & sic deinceps usque ad *Novembrem*, qui intelligetur in sexto & occasivo calamorum interstitio. Præterea dies etiam mensis concipiendus erit, quilibet in suo intervallo. Itaque in eo interstitio, ubi instantem mensem concipies,

interpone (si lubet) adhuc unum calamum, quem antea te imaginari jusseram; & utrinque trina puncta, seu trinas lineas imaginare. Cum enim singulis mensibus hic dentur triginta dies, medius iste calamus, sive imaginarius sit, sive assumtus, decimum quintum diem illius mensis repræsentabit. Cæteros ultra citraque hanc lineam vel imaginando vel plures calamos interponendo, facilè supputabis, omnino autem hoc fieri necesse est. Nam ubicunque imaginaberis diem mensis (cujus diei horam nocturnam voles explorare) ibi medium noctis & horam 12. esse memineris. His ita dispositis tolle semicirculum istum versus Polum, ita ut stellam Polarem juxta puncta intersectionis intuearis, sed cave ne calamum transversum, sive diametrum isti⁹ semicirculi, ex parte alterutrâ aut eleves aut deprimas. Visâ autem Stellâ Polari, observa in quo intervallo una ex duabus stellis, quas dixi, conspiciatur. Nam semper alterutram in hoc semicirculo invenies. In quocunque intervallo earum alteram inveneris, semper eo numerabis horas, facto numerandi initio à puncto intervalli alterius, in quo diem mensis fuisti imaginatus, & ubi noctis hora est 12. Continent autem singula intervalla duas horas, hoc est, una linea ab alterâ distat duarum horarum spacio. Quod si supputatio fuerit instituenda à loco minimæ stellæ *Alcor*, sive secundi equi ad medium noctis, quod dies à te assutus in semicirculo ostendit, retrò numerabis illo mense horas. Nam si duabus horis *Alcor* distabit à puncto diei assumpti, erit decima noctis; si tribus, erit 9. si quatuor, erit h. 8. si quinque, erit h. 7. Sin autem supputatio sit instituenda à loco rotæ anterioris, tum totidem erunt lineæ post mediam noctem, quot horis

ris in illo menſe diſtabit illa ſtella à loco diei aſſumti, atque à medio noctis, quod quidem in tuo ſemicirculo repræſentatur per lineam imaginariam.

*Horam Diei è manu ſiniſtra cognoſcere.*

Accipe feſtucam aut calamum, eumque pone inter medium pollicem & digitum indicem, ut eadem præciſe longitudine extra palmam promineat, quæ longitudo eſt indicis digiti, eumque dirige ac tene contra montem ſub radice digiti auricularis. Poſtea tempore æſtivo manum à Sole averte, ut radix manus Solem, digiti vero extenti & invicem juncti plagam mundi oppoſitam Soli ſpectent. Hyeme vero manum & faciem obverte Soli, tantiſper dum umbra, quam projicit tumulus, ſive mons carneus pollici vicinus, cadat in lineam, quâ mons ille cingitur, Chiromantici *Lineam Vitæ* appellant. Hoc facto conus umbræ, quæ à feſtuca in ſuperficiem manus incidet, horam oſtendet, quintam quidem antemeridianam & ſeptimam pomeridianam, ſi inciderit in extremitatem digiti indicis. Sin vero conus umbræ incidit in extremitatem medii digiti, qui etiam *infamis* vocatur, utramque horam ſextam indicabit. Annularis autem digitus, quem etiam vocant *medicum*, in ſua extremitate commonſtrat h. 7. antemeridianam, & quintam pomeridianam. At auricularis in ſua ſummitate habet octavam antemeridianam & quartam pomeridiam. Articulus, qui ſequitur ſummitatem digiti auricularis, indicat 9 antemeridianam, & 3. pomeridianam; alter vero articulus hujus digiti decimam antemeridianam & primam pomeridianam. Ergo breviter à radice digiti auricularis, per duos ejuſ-

dem articulos & per quatuor apices digitorum ad indicem uſque numera ordine ſeptem horas pomeridianas, à prima pergendo ad ſeptimam Rurſum ab indice ad radicem auricularis regrediendo numera antemeridianas & à quinta tende ad undecimam. Quod ſi umbra cum feſtuca coincideret, & mediam ferè palmam ſecuerit, denotabat meridiem. Memoriæ cauſa rem hiſce verſibus comprehendit Friſchlinus lib. 4. Aſtronomiæ p. 328.

Accipe feſtucam, manuique impone ſiniſtræ,
Qua medius pollex indicis ima premit:
Ne tamen emineat palmam extra longius ipſam,
Quam digiti brevitas indicis eſſe ſolet;
Tum palmam & faciem radiis obverte coruſcis;
Si fortè hybernæ tempora lucis erunt.
At Soli æſtivo radicem porrige lævæ,
Extentamque procul deinde teneto manum
Linea dum vitæ, vicino ſubdita monti,
Vmbram ejus mediæ terminet orbe manus:
Conus ibi digitis illapſæ deſuper umbræ
Index iſto horæ tempore certus erit.
Nam quando digiti ferit indicis umbra cacumen,
Septima in Occaſu, quinta Orientis erit.
Sed medius quintam ſero jam veſpere ducit,
Inque illum claro ſeptima mane cadit.
Hos inter medius ſextam demonſtrat utramque,
Sive dies oritur, veſpera ſive venit.
Ante diem medium bis quartæ nuncius horæ,
Quartæ poſt medium eſt auricularis apex.

Qui



ORTUS. 6
ad pag. 33.
Diarii apod.
Horæ pomerid. 7
Extremitates digitorum.
5.
Horæ antemerid.
5.
6.
7.
4
8.
Index.
Medius.
Annularis
Auricularis
9
3.
SEPTENTRIO.
MERIDIES.
10
2.
radices digitorum.
Mensa.
11
1.
Pollex.
12.
Gnomon
Mons.
Linea Vitæ.
OCCASUS

Qui
S
Art
P
Rac

S
Inu
C
Bre

Ca
long
usque
longi
ad di
Sole
ve m
fecer
que
hæc
ras in
desce
tam
auric
auric
teme
sus ii
suis a
minu
pom

Vr
sunt

Qui ſubit articulus, hunc nona cacuminat hora,
Sed medium ante diem: tertia poſt medium.
Articulus decimam determinat alter ab Ortu,
Poſt medium ferit hunc hora ſecunda diem.
Radix ejusdem primam, undecimamque figurat,
Sic horas omnes monſtrat aperta manus.
I nunc & magno coëmas horaria ſumtu,
Qui digitis neſcis illa notare tuis

*Brevior & ſimplicior hujus Horologii manualis deſcripto.*

Cape gnomonem vel virgulam, & menſura in longum à radice indicis, ubi incipit Linea Vitæ, uſque ad terminum ejuſdem digiti; & hæc erit longitudo gnomonis. Deinde pone gnomonem ad dictam radicem indicis tranſversè, & radiante Sole verte montem in manu verſus Solem, & move manum huc atque illuc, donec mons umbram fecerit ſuper lineam vitæ. Quo facto quemcunque articulum digiti tetigerit umbra gnomonis, hæc erit hora diei. Antemeridianas autem horas indicant digiti ſiniſtræ manus verſus dextram deſcendendo. Nam terminus indicis notat quintam, terminus medii digiti 6. term. annularis 7. auricularis cum ſuis articulis 8. 9. 10. 11. Radix auricularis in linea menſali 12. Hæ ſunt horæ antemeridianæ. Pomeridianas horas indicant rurſus iidem digiti aſcendendo. Auricularis cum ſuis articulis 1. 2. 3. 4. terminus annularis 5. terminus medii 6. terminus indicis 7. Hæ ſunt horæ pomeridianæ. Sequitur Manus.

*

Vmbræ ſolares horis matutinis & veſpertinis ſunt longiſſimæ, ipſo meridie breviſſimæ, Et quo

magis umbra horis antemeridianis decreſcit, eo meridiana hora eſt vicinior; & contra, quo magis à meridie umbra accreſcit, eo veſpera eſt proximior. Vtrumque Viator è ſtatura erecta ſui corporis, vel bacillo perpendiculariter in planitie erecto animadvertet. Cum enim umbra corpore vel bacillo erecto brevior eſt, notat ipſam meridiam horam 12. tum eſſe.

Finis Diarii Apodemici perpetui.



# Primum PROGNOSTICON Apodemicum Perpetuum, *idque* METEOROLOGICUM,

Proverb. c. 27. v. 12.

*Prudens prævidet malum, cavetque ; Sed stolidi transeunt, sustinentque dispendia :*

# SYNOPSIS
## Eorum,


*Quæ in hoc Prognostico Apodemico-Meteorologico tractantur.*

## Præcognitio Tempestatum.



(o)

PRO-



# PROGNOSTICON Apodemico-Meteorologicum.

*CVm Præsagitio Tempestatum non solum apud comites multum commendet & gratiam magnam conciliet; verum etiam eundem summopere juvet ad iter commodius & tutius continuandum, vel tempestivius (ne ipsius reculæ damna patiantur) intermittendum: Operæ pretium duxi hujus argumenti aliquot* Regulas Physicas, *vel Colonis & aurigis usitatas, proponere.*

Si vis scire naturam aëris, vel proxime venturam tempestatem de die, inspice Solem orientem; pro nocte, Solem occidentem.

## I.

### *Ex Sole tempestas sequentibus modis præscitur.*

Si Sol purâ luce, & expers caliginis & varietatis nubium oritur, vel occidit, serenam tempestatem pollicetur.

Sol apparens in Ortu suo major, quam per se est, denotat pluviam.

Sol manè, aut vesperi cum insolito calore cavâ in

in nube & gravidâ si conspicitur, cœlum graviter tonaturum minatur.

Ortus Solis nimis matutinus significat pluviam.

Si oriens Sol cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, exspectetur ventus.

Concavus Sol oriens, pluvias prædicit.

Cum oriente Sole radii non illustres imminebunt, pluviam portendent.

Si totus Sol defluxerit, serenitatem dabit.

Cœruleus Sol occidens est pluviæ index.

Quando nigræ & rubræ maculæ in Sole occidente videntur, & ventum & pluviam præsagiunt.

Quando Sol splendidus & oritur, & occidit, serenitas sequitur.

Si in exortu Solis rubescunt nubes, maxima ostendetur tempestas. Huc quadrat vulgare dicterium: *Rubescente aurorâ tempestas sequi solet.*

Sol in ortu & occasu subfuscus, pallidus & quodammodo viridis apparens, hyemalem aëris constitutionem, frigidam nimirum & pluviosam, grandisonam & nivosam, ventosamque significat.

Si Hyeme, spirante Boreâ vel Euro Sol descendens solito rubicundior aut lucidior videbitur, gelu penetrabile advehet.

Sol serò igneus & rubens serenitatem aëris indicat; manè si rubet, vespertinas pluvias.

Solis ardor homines & jumenta solito acrius infestans, pluvias designat. Germani dicunt: Die Sonne sticht nach einem Regen.

Sol oriens æstate cum radiis algentibus, serenitatem nunciat.

Ex

II.

*Ex Luna.*

Luna per ſignum Arietis vel Libræ decurrens, nec impedita ab aliis planetis, aëris temperiem conciliabit.

Lunam rubicundam venti protinus ſequntur, juxta verſiculum tritum:

*Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba ſerenat.*

Sive,

*Luna rubens ventos, pallens pluit, alba ſerenat.*

Si ultimam quartam orbis rutilus cinget, ventos & imbres præmonebit.

Luna naſcens obatro cornu, pluvias decreſcens dabit.

Quando in Novilunio cornua Lunæ apparuerint obtuſa & craſſa, pluviam paucos poſt dies venturam indicant.

Lunæ cornu ſeptentrionale acuminatum, inde præſagit ventum.

Luna ſi tertia die poſt conjunctionē aut oppoſitionem, aut in ipſa quadratura tenui, purâ luce fulſerit, ſtabilem ſerenitatem ſpondet: Si autem nigra fuerit, pluvias portendit, ac frigus minatur.

III.

*Ex Stellis fixis.*

Volutiones, trajectiones ac jaculationes ſtellarum ventos & aëris ſiccitatem nunciant: quæ ſi ad unam partem feruntur, ab angulo illo ventum ſignificant, ſi in diverſas partes vergunt, inundationes ac aëris turbationes minantur.

Stellæ (ut & Luna) ſupra ſolitum nitorem Hyeme micantes invaleſcentium frigorum, aut (ſi minus aderint) imminentiū ſigna non obſcure dabūt.

Si

Si paucæ apparuerint ſtellæ, pluviæ ſequentur.

IV.

*Ex Nubibus.*

Nubes vehementius atræ ab Oriente, in noctem aquam minantur.

Quando veſperi ſupra Solem occidentem apparet nubes nigra, longa & ſpiſſa, pluviæ indicium eſt.

Nube gravidâ candicante, grandines vel nives imminebunt.

Si circa occidentem rubeſcunt nubes, ſerenitatem futuri diei ſpondent. Vnde verſiculus.

*Nocte rubens cœlum, cras indicat eſſe ſerenum.*

Sin ſpargentur; pluvias ventoſque ſignificabunt.

Si nubes albæ ſe conglomerant, vel inſtar columnæ in cœlum aſcendere videntur, tonitru ſequitur cum fulgure.

Si in exortu rubeſcunt nubes, maxima oſtendetur tempeſtas. *Brevius*: Matutina rubedo pluvia, veſpertina ſerenitatis eſt nuncia, *ut Matth.* 16. *Chriſtus ipſe de hac rubedine monet.*

V.

*Ex Nebulis.*

Nebulæ ima potius, quam juga montium obſidentes, in mediis campis humiles proſtratæ ſerenitatem; ad cœlum vero aſcendentes pluviam deſignant.

Si mane ſuper fluvios, lacus, piſcinas, loca paludoſa & uliginoſa, nec non prata nebula hæret, & paulatim evaneſcit, ſerenitas ſubſecutura eſt.

VI.

*Ex Ventis.*

Exo-

Exoriens Notus ( Ventus meridionalis) venturam pluviam præmonet.

Initiante gelu; si ventus Orientalis vel Septentrionalis spirabit, frigus intensæ durationis expectabis.

Si Hyeme, spirante Boreâ vel Euro, Sol descendens solito rubicundior aut lucidior videbitur, gelu penetrabile advehet.

Post longa eademque assidua Orientalis Venti spiracula, gelu si videbis inchoare, aut illi nivem vel grandinem succedere, ejus durationem exspectabis: si aderit pluvia, intermissionem.

Eurus æstivis mensibus si fervidus & diuturnus est urentes febres vel pestem excitat: Hybernis vero mensibus intensissimum frigus adfert, quod plerunque nix subsequi solet, ac rigidissimæ pruinæ, adeo ut Viatores, ægre nares, faciem, oculos, aures, genas à penetrabili urentique frigore tueri possint.

Si Aquilonius Ventus, vel sociorum quispiam, terras valide perflabit, illum de tepidâ aurâ gelidam illico efficere observabis.

Venti qui cum Sole oriuntur, paulatim invalescunt, & vehementissimi fiunt meridie; à meridie autem mitigantur, & desinunt circa Solis occasum.

Qui venti Sole occidente incipiunt, mediâ nocte sunt sævissimi, mane autem cessant.

*Raro venit ventus, nisi cum pluvia violentus.*

Ventis nimium spirantibus, quando pluit, desinunt.

Plerunque ventorum prælia excitantur, quando Luna transit signa Gemmin. Libr. Aquar. Sagitar. & Pisces aut Mercur. planetas alios per Opposit, Conjunct. aut Quad, ferit.

Ven-

Venti omnes validi refrigerant, exſiccant & ſerenitatem pariunt. Imbecilles calefaciunt & humectant, pluvias quoque gignunt.

Frequens mutatio ventorum pluviæ indicium eſt.

Flatus auſtralium Ventorum eſt ſignum haud obſcurum pluviæ.

*Tertia lux nunquam nocturno Aquilone laborat.* Hoc eſt, Aquilo per triduum non ſpirat.

Medio diei ac noctis plerunque ſopiuntur Venti impetuoſiores.

Auſter noctu eſt violentior quam interdiu.

Auſtrales venti in Africa & Boruſſia, præſertim Dantiſci, contra naturam ſerenant; Septentrionales vero pluvias tempeſtateſque inducunt.

Lenis aër ſemper pluit, cum jam ſpirare deſinit.

Libonotos atque Auſtro Aphricus imbres, procellas, turbines, conſimilemque aëris intemperiem excitant.

Africo ſpirante æſtate tonitrua ac fulmina ſævæque tempeſtates oriuntur, quibus ædificia & naves confringuntur. Non diu durat.

## VII.

### *Ex Iridibus.*

Iris poſt pluvias ſerenitatem ut plurimum pollicetur: Si vero ſerenum cœlum præceſſerit, pluvias minatur.

Si colores Iridis ſubinde denſiores appareant, donec in atram deſinant nubem, pluviæ ſequuntur. Sin paulatim evaneſcunt, ſerenitatem portendunt.

Iris in Auſtro apparens largiores pluvias adfert.

Iris circa Occaſum tonitrua, pluvias rariores & te-

tenuiores; in Oriente pluvias jam præteritas & cessaturas; futuramque serenitatem denunciat.

Duplex Iris pluvias portendit plures.

Si dies præter anni tempestatem valde incalescunt, seque ad Occasum (labente Sole) Iris profert tonitrua & fulgura gravissima sequuntur.

Iris lunaris diuturna significat longam tempestatem, & auram instabilem pluviosamque.

Iris circa lucernam lucens, australem pluviam indicat.

## VIII.

*Ex Halonibus sive Areis atque Coronis Solaribus & Lunaribus Germ.* Der Sonnen vnd deß Mondes Hoff / *dictis.*

Si unus circa Lunam fuerit Halo purus, paulatimque marcescens evanuerit, serenitatem; sin duo aut tres, hyemes significant.

Et has quidem si subrubri fuerint, & quasi perrupti cum impetuosis ac vehementibus ventis invasuras denotant: Si caliginosi ac spissi, cum nivibus; si luridi, nigri & lacerati, cum utrisque.

Quo plures fuerint areæ, tanto majus gelu hyeme portendunt.

Errantibus & inerrantibus stellis splendidioribus circumfusæ areæ, proprietate coloris sui ea denunciant, quæ naturæ stellarum ferunt. Id est, Saturnina corona livida & nigra tempestates & ventos significat Orientales: Rutila & Martia turbulenta tempora cum tonitru & fulguribus denotat.

Halo magnus circa Lun. frigus intensum significat. Paulatim emarcescens ut resolvatur & dilaba-

labatur æquabiliter & ſubſidat, affert ſerenitatem & tranquillitatem aëris.

Cum Halo diſſipatur & pluribus in locis rumpitur, notat tempeſtates, ac præcipuè ſi in unâ parte rumpatur, ventos inde oriri & ſpirare præſagium eſt. Si ergo à Septentrione diſceſſerit, Aquilo erit: ſi ab Occidente, Favonius.

## IX.

### *Ex Pareliis, Paraſelinis*
### (Neben Sonnen/ und neben Monde)
### *Virgis ſeu funibus Solaribus*
### (Wenn die Sonn Waſſer zeucht.)

*Pardii*, ſive plures Soles, & *Paraſelinæ*, (plures Lunæ) viſæ multarum pluviarum ſunt indices, præſertim ſi in nube meridionali apparuerint.

*Virgæ* ſive *funes tentorii*, quos Solis radii in nube pingunt, ſignificat pluviam jam jam imminere.

## X.

### *Ex Tonitru & Fulgure.*

Tonitrua matutina ventum ſignificant & aquas: meridiana imbres.

Tonitrua noviſſimæ horæ diei ingentem maris tempeſtatem adferunt.

Tonitrua & fulgura hyberna ſequuntur tempeſtates horrendæ, venti typhonici ſæviſſimi, in oceano æſtus & eluvies undarum magna.

Æſtate ſi minus tonat, quam coruſcat, pluviam demonſtrat.

Tonitrua æſtiva in meridie & veſpere aquoſum ſignum.

Cum ab Aquilone nocte ſerenâ fulguraverit, ventum & imbrem demonſtrabit.

XI.

*Ex Avibus & Insectis.*

Si *anates* & *anseres* se lavant aquis, pluviæ sequuntur.

Cum garrula *cornix* clamat, solâ in arena incedens, caput undis objectans & immergens, pluviarum index est.

*Hirundines* super lacus & flumina proximè volitantes & passim volatum gyrantes, indicant futuram pluviam.

Si aves diligentius nutrimentum quærunt, & obtusius canunt, pluviarum notæ sunt.

*Gallinæ* domesticæ pluvere se opplentes & clamantes, imbrem indicant

*Pavones* vociferantes & *hirundines* garrientes circa paludes, & prope terram volantes pluviarum indices sunt.

Cum *noctua* vesperi canit, aut quietâ & tranquilla voce serenitatis; aut inordinatâ, tempestatis erit signum.

Si *corvi* ingeminando vocem crocitant, & è pastu venientes alis strepunt, pluviæ futuræ sunt.

*Cornicis* assiduus garritus, *gruum* altissimus volatus, balneum maritimarum aut lacustrium avium, pluvias pertendunt.

Si *muscæ, culices* vel *pulices* solito infensius homines ac jumenta vellicant, brevi venturas pluvias nunciant.

Quando *formicæ* ova egerunt & extollunt; pluviæ sequuntur.

*Ranarum* coaxatio vehementior imbres portendit,

XII.

*Ex aliis Animalibus.*

*Schi-*

*Echini* affigentes ſeſe, tempeſtatis ſigna ſunt.

*Canes* terram effodientes, vel gramina eſitantes; *Catus* ſeu *felis* diutius ſe ornans & comens, pluvias præſignificant.

Cum *Sues* è paſtu grunnientes recurrunt & in ſtabulo jactu manipulorum ſe contegunt, ventura eſt pluvia.

*Vacca* in cœlum ſuſpiciens & captans in naribus auras, aut avidius pabulum rapiens, ſigna, pluviæ ſunt.

## XIII.

### *Ex diverſis rebus.*

*Mare* undis exæſtuans, & in littoribus valde reſonans, ventos prænunciat.

*Fluminum & fontium* imminutio, *ſi annus alias ſiccus non fuerit*, pluviæ indicium eſt.

Cum vaporant montes ſylvoſi, quam in partem mundi vapor ducitur, inde pluviæ venient.

Defectus roris tempore ſolito, eſt veriſſimum ſignum pluviæ.

*Fractio arborum*, non obſcurum ſignum pluviæ eſt.

Cum *pulveres* plus ſolito elevantur, & arbores in nemoribus inſolentius agitantur, pluviarum notæ ſunt.

*Ignis* pallidus tempeſtatem nunciat.

*Fumi* in caminis repreſſio, imbrem indicat.

*Lampades & candelæ* dum ardent, ſi ſcintillant, & quaſi extingvuntur, pluvias ſignificant.

*Oſſa* aliquando *luxata, fracta & læſa*, ſolito acrius fatigantia vel dolentia, tempeſtates deſignant.

*Ariditas manuum, aſperitas & fiſſuræ labiorum* ſigna pluviæ ſunt.

Quandò *chalybs falcis fœnisecæ* rubeſcit, pluviarum nota eſt.

Durante maximo frigore, ita ut aquæ ſint congelatæ, ſi tunc *ædificiorum parietes* ex lapidibus vel lateribus exſtructi, ſudorem aut humorem album emittunt, eſt ſignum remiſſionis frigoris & venturæ nivis aut pluviæ.

Etſi experientia *quandoque demonſtrat, conjecturas has eſſe fallaces ut dubium alicui oriri poſſit, num illis innitendum ſit: ſciendum tamen aſſenſum neutiquam eſſe denegandam; ſi enim cauſæ fuerint validæ & ſuffragio Conſtellationum non impeditæ, ſed potius adjutæ, effectum ſubſequi neceſſe eſt; contra autem poſitis cauſis inſufficientibus, non ſequitur effectus. Ideo vulgo dicitur* Vna hirundo non facit Ver.

Tantum ergo *quisque hiſce divinationibus tribuet, quantum deprehenderit ineſſe certitudinis.*

## XIV.

### *Expoſitio Ventorum Specialior.*

*Cum magna ſit neceſſitas naturam & ſtatum Ventorum in diverſis regionibus atque temporibus ſcire, hæcque cognitio maxime Peregrinanti conveniat, breviter ſpecies & proprietates ipſorum pertractabimus.*

Venti in univerſum ab hodiernis nautis numerantur 32 quorum.

*Cardinales ſeu Principales ſunt* 4. *ſubſequentes.*

1. *Subſolanus*, der Oſtwind; flat ab Ortu æquinoctiali, calidus eſt & ſiccus, ſaluberrimus, aërem purificans.

2. *Favonius* ſive *Zephyrus*, der Weſtwind; ſpirat ab Occaſu æquinoctiali, frigidus & humidus, pronus ad ciendas nubes pluvias, tempeſtates, relaxans frigora, flores educens, morbos pariens.

3. *Auster*, der Sudwind; à meridie, calidus & humidus, tempestuosus, pestilens & morbosus.

4. *Septentrio*, der Nordwind; à Septentrione, frigidus & siccus, violentus, lædens flores & fructus, hominibus non nisi hyeme noxius.

*Priscis*, teste Plinio , *Cardinales venti* hi fuêre; *Eurus* ab Ortu, *Auster* à Meridie, *Zephyrus* ab Occasu, *Boreas* á Septentrione.

Hinc subsequentes versiculi.

*Asper ab axe ruit* Boreas *furit* Eurus *ab ortu*;
Auster *amat medium Solem* Zephyrūsque *cadentem*.

*Laterales Venti sunt*. 8.

1. *Boreas*, qui & *Aquilo* dicitur, Septentrioni ad Ortum vicinus, Nord Nordost.

2. *Cæcias*, qui & *Hellespontius* dicitur, Subsolano ad Septentrionem, vel versus Ortum æstivum adstans, Ord Nordest.

3. *Eurus* seu *Vulturnus*, Subsolano ad Austrum versus Ortum hybernum vicinus, Ost Sudost.

4. *Phœnicias*, qui & *Euronotus*, vel *Euroauster* dicitur, ut pote ab Euro ad Austrum declinans, Sud Sudest.

5. *Libonotus*, seu *Austroafricus*, qui ab Austro versus Africum vergit, Sud Sudwest.

6. *Africus*, qui ab Africâ & Libyâ regionibus, unde procedit, prope Occasum Brumalem, nomen habet, *Lips* alias dictus, West Sudwest.

7. *Corus & Caurus*, qui & *Iapix* dicitur, Favonio versus Septrionem vicinus, West Nordwest.

8. Circius omnia circumvertens, Hispanis *Gallicus* appellatur, quod ex Galliciæ novæ partibus flare deprehendatur, septentrioni versus Occasum propinquus, Nord Nordwest.

De

*De his versiculi sunt observandi.*

Flat *Subsolanus, Vulturnus, & Eurus* ab Ortu;
*Circius* Occasum, *Zephyrusque Favonius* afflant;
Et qui de medio *Notus* hæret *Africus, Auster*;
Conveniunt *Aquilo, Boreas & Corus* ab Arcto.

*Collaterales venti constituuntur* 16.

Qui *Meso & Vpo* nominibus adjectis ipsis lateralibus, per compositionem insigniuntur. Est enim μέσος, quasi intermedius inter principalem & lateralem: *Vpo* vero dicitur quasi ὑπὸ, quod laterali subjectus sit. Hinc sunt hæc nomina:

1. Mesaquilo, Nordosten Nord.
2. Vpaquilo, Norden Osten.
3. Mesocæcias Osten Norden.
4. Vpocæcias, Nordosten Ost.
5. Meseurus, Sudosten Ost.
6. Vpeurus, Osten Suden.
7. Mesophænix, Suden Osten.
8. Vpophænix, Sudosten Sud.
9. Mesolibycus, Suden Westen.
10. Vpolibycus, Sudwesten Sud.
11. Mesafricus, Sudwesten West.
12. Vpafricus, Westen Suden.
13. Mesocorus, Westen Norden.
14. Vpocorus, Nordwesten Westen.
15. Mesocircius, Norden Westen.
16. Vpocircius, Nordwesten Nord.

Hi venti collaterales aliis quoque Latinis vel Græcis nominibus insigniuntur, ut paulo post ex *Compasso* sive *Quadrato Nautico* delineato apparebit.

Laterales & Collaterales venti ut plurimum

qualitatem, naturam & proprietatem obtinent Ventorum Cardinalium; Suntque in genere.

*Venti Orientales* calidi & ficci, nutriunt nubes, flores producunt, corpora ſanant, aërem ſvavem reddunt atque ſubtilem. Ex his *Vulturnus* ſive *Eurus* humidus eſt. *Helleſpontius* inconſtans. *Subſolanus* in partibus *Italiæ* ad *Neapolin* morboſus atque nimboſus eſt.

*Occidentales* ſunt frigidi & ſicci, tepidi Vere vigent, hyemes, nives & pruinas reſolvunt, aëra non valde conturbant, herbas floreſque producunt. Ad eorum ſpiracula omne mortalium genus luxuriat. Ex his *Africus* eſt tempeſtuoſus, *Caurus* procelloſus, nivoſus, grandinoſus, frigidus ac humidus. *Favonius Vaſconienſibus* eſt noxius, *Italis* ſalubris.

*Auſtrales* ſunt calidi & humidi, poros in corpore aperiunt hominis, & naturalem calorem educunt. In mari majores & ſæviores tempeſtates excitant quam Septentrionales, & alii quivis; auditum hebetant, caput gravant, caliginem inducunt, artubus difficilem motũ præſtant, & Viatores fatigant; alvos lubricant, arborum folia dejiciunt, fruges pejus matureſcere faciunt, quanquam celerius. Ex his *Auſterafricus* natura eſt pluvioſus, & quandoque tonans. *Euroauſter* ægritudines & morbos provocat. Euri plerunque tranſeunt in Auſtros. & Auſtri rurſus mutantur in Zephyros. In *Boruſſia & Africa* auſtrales venti contra naturam ſuam ſerenant, ſiccitatemque & frigus important.

*Boreales* venti ſunt frigidi & ſicci, frigus accipiunt à *Zephyro*, ſiccitatem ab *Euro*, unde nives & frigora inducunt. Hi ſalubres hominibus eſſe dicuntur. Ex his *Septentrio* negat pluvias, facit fri-

frigora arida, flores & terræ fructus lædit. *Circius* nivium & grandinum est autor. *Aquilo* nubes constringit, & aquas in glaciem convertit, sine pluviâ vites germinantes perdit. Sed in *Borussia & Africa Aquilones seu Boreales* venti imbres tempestatesque inducunt.

*Breviter.* Quilibet Ventus retinet qualitatem & naturam ejus anguli à quo spirat. Sæpe etiam inducit particularem qualitatem locorum, per quæ transit.

*Tres Venti Orientales.*

| | | |
|---|---|---|
| Hellespontus, Ost Nordost | spirat | versus Septêtrionem. |
| Subsolanus, Ostwind | | in ipsâ plagâ Orientali. |
| Vulturnus, Ost Sudost | | versus Meridiem. |

*Tres Venti Occidentales.*

| | | |
|---|---|---|
| Africus, West Sudwest | spirat | versus Meridiem |
| Favonius, Westwind | | in ipsâ plagâ Occidentali. |
| Corus, West Nordwest. | | versus Septentrionem. |

*Tres Venti Meridionales.*

| | | |
|---|---|---|
| Phœnix, vel Euroauster, Sudsudost | spirat | versus Ortum. |
| Auster, Sudwind | | rectâ in Meridiem. |
| Libanotus, vel Austroafricus, Sudsudwest | | versus Occasum. |

*Tres Venti Septentrionales.*

| | | |
|---|---|---|
| Aquilo, Nord Nordost | spirat | versus Ortum. |
| Septentrio, Nordwind | | rectâ in Septentrionem. |
| Orcius, Nord Nordwest | | versus Occasum. |

*Quatuor Venti intermedii,*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Notopeliotes, Sudost | spirat inter | Ortum & Medium. |
| Notolibycus, Sudwest | | Meridiem & Occasum. |
| Borthopeliotes, Nordost | | Septentrionem & Ortum. |
| Bortholibyc⁹, Nordwest | | Septentrionem & Occasum. |

*Provinciales Venti*, sunt, qui in certis tantum nascuntur locis, vel per Provincias aliquas familiarius spirant. Vt venti *Septentrionales* sunt in *Holsatiâ* frequentissimi, propter utrumque mare, tum Orientale, quam Occidentale circumfluens Peninsulam Cimbricam. Sic & *Sepusium*, patria mea dulcissima, obtinens versus plagam Septentrionalem summa juga *Carpathi*, montis nivosi, exposita est creberrimis Ventis borealibus, iisque frigidissimis. *Gallis* familiaris est *Circius*, præsertim in *Sabaudiâ & Lanquedociâ*, ubi est impetuosissimus. In *Conimbria* Hispaniæ & *Brasiliâ* Subsolanus & plurimum spirat; in *Apuliâ* Vpaquilo sive Borthapeliotes: *Ægyptus* contra non novit Austrum.

Observet etiam Viator, quod in illis regionibus ubi frequentes sunt & turbulenti Ventorum flatus, illic quoque protervos & feroces homines reperiri. Quia hominum sangvis & spiritus Ventorum nimiâ agitatione vehementer turbantur & confunduntur; cumque Spiritus sint instrumenta functionum mentis, utique iis nimium turbatis animus rectè pacatus & tranquillus esse non potest.

Huc referendum est Schema duplex Compassi Nautici,

Ex.


OCCASUS.
90. 80. 70. 60. 50. 40. 30. 20. 10. 20. 30. 40
BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI

N
N
B
B

na
ar
*H*
tu
P
m
tr
p
fr
ti
ſil
ſo
ſi
A
.
ul
tu
p
tc
&
m
tt
n


17
16
15



## XVI.

### *Explicatio Indicis Nautici.*

*Index Nauticus* est planum rotundum cujus circumferentia divisa est in partes 32. Vocatur etiam *Quadratum Nauticum*, quia exterior ora sive margo est quadratus, cum interior planities sit rotunda, prout ex nostro adjuncto schemate primo videre est.

Hujus Compassi Nautici acus Magneti affricta monstrat directè Septentrionem, & ex opposita parte Meridiem.

Lineæ in Compasso Nautico expressæ monstrant diversas intersectiones Horizontis & verticalium circulorum: ita ut ista linea, cui acus magnetica subjicitur sit communis intersectio Meridiani & Horizontis; quæ autem hanc lineam secat, sit communis intersectio Horizontis & verticalis circuli in quoquo loco.

Qua propter Compassus Nauticus dividitur in 4. Quadrantes, tanquam partes 4. Horizontis, quarum qualibet complectitur 90. gradus, ut apparet in extrema ora Quadrati.

Singuli hi Quadrantes iterum ratione 7. circulorum verticalium dividuntur in 8. lineas, unde tandem totus Compassus dividitur in partes sive lineas 32.

Quælibet linea ex his 32. denotat novam mundi plagam, atque adeo novum ventum ex illa plaga mundi spirantem, per quem ventum navis in diversa loca tendit.

Et hæ lineæ 32. ventos 32. designant, quibus Nautæ ex uno portu in alium navigant.

Quatuor autem lineæ designant 4. ventos Cardinales, versus Ortum Æquinoctialem, itemque

versus Occasum, versus Septentrionem & Meridiem.

Quatuor his Ventis cardinalibus adduntur Venti Laterales & Collaterales, quibus designantur loca intermedia inter Ortum & Occasum.

Cæterum multum differunt itinera pedestria, sive ea, quæ in terra fiunt, ab iis, quæ fiunt in mari.

Nam itinera pedestria sive terrestria, intelliguntur fieri per circulos globi majores, quia recta sunt.

Marinæ autem profectiones aliquãdo fiunt per circulos magnos, aliquando per parvos, sed rarius tamen per magnos, quam per parvos, quoniam magna & parte curva sunt itinera marina; quod autem curvum est, non subiicitur circulo magno, sed ab eo ad circulum parvum declinat.

Quando ergo navigatur vel ab Ortu in Occasum, vel ab Occasu in Ortum, navigatur per circulos parvos sive per Æquatoris parallelos.

Quando vero directo navigatur à Meridie in Septentrionem; vel à Septentrione in Meridiem, tum navigatur per circulos magnos.

Quando porro navigatur non directe ab Ortu vel Occasu, nec directe à Meridie vel Septentr. sed plagis & ventis intermediis, id quod plerunque accidit, tum licet per magnetis ductum navis dirigatur, tamen semper curva fiunt itinera, quæ nec magnis circulis sunt similia, nec parallelis, sed faciunt tantum lineas curvas versus omnes mundi partes procurrentes, quas *Rhumbos* vocant.

In navigatione ab uno loco in alium 4. ista considerantur. 1. Longitudo & Latitudo loci à quo navigas & item loci ad quem navigas. 2. Differentia inter Longitudinem & Latitudinem loci à quo na-

navigas, & inter Longitudinem & Latitudinem loci ad quem navigas. 3 Linea Compaſſi ſeu venti per quam navigandum, quæ *Rhombus* dicitur. Denique 4. intervallum itineris marini inter iſta duo loca. Hæc vero ſingula cognoſcuntur ex Tabulis Hydrographicis ad eam rem factis, quas Nautæ ſecum in navibus habere ſolent. Monſtrat etiam *Gemma Friſius* in *Quadrato Nautico Appiani*, quomodo facilimâ ratione ex ejuſmodi Quadr. N. poſſit inveniri cujuſque loci Longitudo & Latitudo. Docet etiam perſpicuè *Robertus Hues* in *Geogr.* quomodo inventâ Longitudine & Latit. earumque differentiâ inveniri poſſit linea itineris, ſeu rhumbus.

| | | |
|---|---|---|
| Cum nautis eſt verticalis, | Arcturus, Lyra, Cingulũ Orionis ſive baculus Iacobi | tum verſantur in |

- Mari Pacifico inter Philippinas Inſulas & Iapaniam, ad Indiam Orient. India Occidentali, ſive America Septentrionaliore.
- Zonâ torridâ ſive medio orbis terrarum, ſub Æquatore, poſt Africam meridionalẽ inter Madagaſcar & Arabiam felicem.

Finis Prognoſtici Apodemici perpetui meteorologici.

Secundum

# PROGNOSTICON

Apodemicum Perpetuum,

*idque*

# PHYSIOGNOMICUM,

In Duas Partes divisum.

# SYNOPSIS
## Primæ Partis Physiognomiæ.

# SYNOPSIS

## Alterius Partis Physiognomiæ.

*Signa Virtutibus præditorum.*

1. Probi Viri.
2. Bene morati.
3. Iusti.
4. Fidelis.
5. Prudentis.
6. Ingeniosi.
7. Cogitabundi.
8. Mechanici.
9. Docilis.
10. Constantis.
11. Memoris.
12. Fortis, Bellicosi.
13. Magnanimi.
14. Liberalis.
15. Mansveti.
16. Verecundi.
17. Iucundi.
18. Misericordis.
19. Providi, Soliciti.
20. Laboriosi.


*Signa Vitiis infectorum.*

1. Improbi.
2. Injusti.
3. Homicidæ, Intoxicatoris.
4. Infidelis.
5. Imprudentis.
6. Rudis, Indocilis.
7. Stulti.
8. Dementis.
9. Obliviosi.
10. Temerarii.
11. Superbi.
12. Timidi.
13. Gloriosi.
14. Avari.
15. Illiberalis.
16. Parci.
17. Iracundi.
18. Stolidi.
19. Intemperantis.
20. Luxuriosi.
21. Edacis.

22. Bi-

22. Bibacis.
23. Somnolenti.
24. Pigri.
25. Suſpitioſi.
26. Simulatoris.
27. Mendacis.
28. Adulatoris.
29. Pertinacis.
30. Luxurioſi.
31. Importuni.
32. Invidi.
33. Improbi.
34. Injurii.
35. Garruli.
36. Clamoſi.
37. Præcipitis.
38. Cholerici.
39. Sangvinei.
40. Phlegmatici.
41. Melancholici.
42. Corporis ſani & benè temperati.
43. Corporis ægri & diſtemperati.
44. Moribundi.





## *Ad providum Viatorem.*


UTi Pythagoreis mos fuit, narrante Iamblicho, venientes ad ipsos discendi gratiâ, non prius admittere, quam figuram, incessum, & totius corporis motum diligentissime perspexissent, ut plane è naturæ signis, num ad disciplinas aptiforent, necne cognoscerent. Et sicut olim venalem servum nemo in familiam ascivit nisi ante solerti examine ex facie, ceu mentis notâ, & oculis, ceu fenestris cordis, & ex omnibus denique corporis situ & specie, naturam illius rimatus fuerit, atque exploraverit, num scilicet frugi, reique familiari usui sit futurus: Sic Peregrinantes non temere quibusvis sese in via, diversoriis vel alibi, associare debent, nisi prius corporis formam cum moribus compaverint, & ex certis in corpore notis ingenii & rationis qualitates deprehenderint: quæ observationes maximum afferunt Peregrinantibus emolumentum, eosque è variis periculis ac malis, tanquam ex faucibus orci eripere solent. Et si ullibi, certè hic, locum habet præceptum illud sapientiæ Doctoris: *Cum iracundo homine non ambules, non cohabites, nec cum invido comedas, neque abeas in consilium impiorum nec in cathedra pestilentiæ sedeas. Si vocaverint te, veni nobiscum, cum ipsis nè proficiscaris.* Proinde, quo mea hæc *Bibliotheca & Cynosura Peregrinantium* fieret absolutior, visus mihi sum operæ aliquod

pre-

pretium facturus, & studiosos Apodemicos beneficio non male collocando demeriturus, si post *Prognosticon Meteorologicum*, etiam *Physiognomicum*, ut & *Chiromanticum*, nec neglecto *Progn. Oneirocritico*, annecterem, & velut sub unam molem congererem; sperans, quod hæc opella mea haud modicum utilitatis Viatoribus ingenuis allatura, & curiosis illis ingeniis, quæ nil nisi ad ungvem excussum, enucleatumque, tacito pede præterire possint, satisfactura sit.



PRI-



# PRIMA PARS PHYSIOGNOMIÆ.

*IN Physiognomico Iudicio ex uno signo nihil temere asseverandum est, sed inquisitis, collatisque pluribus pronunciandum, quæ scilicet consentiant, quæ discrepent, quæque idem arguant, contrariumque declarent hi enim omnia vel plura uni significato suffingentur, certius quid pronunciari poterit; si unius duorumve monitis cætera refragentur, cohibenda est assertio.*

I.

*Signa à corporis colore desumta.*

*Albidus & lividus ut & flavus color* in homine, denotat ventriculum imbecillem, & concoctionem non sufficientem, vel ad vitia & luxuriam proclivem: hinc lividi & flavi fugiendi.

*Albedo cum rubedine mixta, & fuscus color temperatus cum integritate corporis in persona, cui adest staturæ rectitudo, ac capitis mediocritas, & verborum raritas solique necessitati respondens paucitas, ac vocis mediocritas*, denotat dispositionem bonam corporis.

*Albicantem* etiam *colorem* volunt indicare pigrum, phlegmaticum, intemperantem, effœminatum & incontinentem ac debilem.

*Croceus color* ſignificat in ſanis caliditatem hepatis, & complexionem cholericam: Vnde fit, ut hujuſmodi homines ſint inmanſveti, iracundi, luxurioſi, & amoribus dediti ſeu amoroſi, propter hepatis caliditatem juxta illud; *cogit amore jecur.*

*Fulvus color*, denotat hominem doloſum & multiformem ſeu varium & inconſtantem.

*Luteus* arguit hominem avarum & invidum.

*Mellinus* denotat iracundum, epulonem, dicacem, meticuloſum.

*Flammeus in leviter ſubrubeſcente corpore, ſi perduraverit*, arguit naturæ bonitatem, aptitudinem, in diſciplinis capeſſendis promptitudinem, & animi nobilitatem.

*Rubeus* color calore & ſangvine abundantem.

*Color mediocris in albedine & rubedine* ſignificat mediocrem complexionem, perfectum ingenium & Virtutibus deditum.

*Sangvineus & rubicundus* color denotat magnum calorem.

*Rubicundus & clarus*, modeſtum indicat & Verecundum.

*Ruber inſtar flammæ ignis* denotat inſtabilem ac rabidum.

## II.

### *Signa à corporis motu deſumpta.*

*Motus tardus* ſignificat tardum & mollem hominem.

*Motus acutus*, ſeu *velox* arguit hominem multum cogitantem, de dignitate & perfectione temporali; aſtuti ſunt, callidi, cauti ac deceptores.

*Gradus ſeu paſſus largi & tardi* denotant ſocordiam, & talem, qui proſperos habebit in operibus

ſuis

ſuis ſucceſſus: quemadmodum è converſa breves indicant homines impetuoſos, ſuſpicaces, importunos & malæ voluntatis.

III.

*Signa ex figura & ſtatura corporis.*

*Facies oblonga* ſignificat miſericordem, *Rotunda* autem indicat hominem ſubdolum & perverſum.

*Homines prodigioſæ longitudinis*, parum vel omnino nihil ſapiunt; ſed & impetuoſi ſunt, atque hoc eo magis confirmatur, ſi macro ſunt & oblongo corpore cum collo ciconiano.

Qui *curve incedunt*, non multum ſapiunt.

*Statura parva ſeu humilis* arguit ſuperbum: Unde natum eſt illud proverbum *Raro vidi procerum ſapientem, & parvum humilem.*

*Statura mediocris & decenter obeſa* denotat ingenioſum prudentem, & in rebus omnibus expeditum.

IV.

*Signa à capite ſumpta.*

*Caput in eminentiori parte rotundum*, ſignificat conſultum, providum, manſvetum, amabilem, iram citantem: Et ſi hujuſmodi *capitis color* fuerit *albus*, durum ingenium atteſtatur, & memoriæ tenuitatem conſtantemque amicitiam, facilem ad iram; Si *rufus*, indicat hominem ſatis amabilem & boni ingenii, ac in ſermone dignum fide, ſed iram minime celantem: Si *fuſcus*, valde modeſtum, & in ſermone benignum, multum laſcivum, perfectæ ſocietatis & benignæ rationis.

*Caput in eminentiori parte oblongum*, denotat homi-

minem perſpicacis ingenii, inconſultè multa agentem, impetuoſum, levem, mobilem, iracundum, non benè ſecreta celantem, non naturaliter laſcivum, acutum in ſermone, ratione commendatum, in actionibus diſponendis nimis profundum: Et ſi hujusmodi *caput* fuerit *album*, ſignificabit impetuoſum ad iram, & naturaliter prodigum, ſi *nigrum*, denotat leve ingenium & nullius fere rationis, &c.

*Caput quadratum in eminentiori parte* indicat moratum, manſvetum, pium, benignum, non multum iracundum, providum, ſapientem: ſed avarum, & in ſermone mendacem ac favorem hominum non appetentem: Et ſi ſit *album* denotabit humilem, ſed avarum & iracundum: ſi *nigrum*, conſtantiorem animum, amicitias facilè parantē, & diu eas conſervantem, valde laſcivum, ſecreta benè celantem: Si *rufum*, circumſpectum in rebus utilibus, adulatorem: Si *fuſcum*, cæteris meliorem, modeſtum, largum, ſed facilè mentientem, amicitias perfectè ſervantem.

*Caput in eminentiore parte triangulum* ſignificat, avarum, ſubdolum, verſutum, arrogantem, ingenioſum, mendacem, invidum & multum de alicujus actionibus detrahentem: Et ſi ſit *album*, malitioſum: Si *nigrum* prævaricatorem & ad iram proniorem: Si *rufum*, ſuperbiorem, ſed liberalem: Si *fuſcum*, ſignificat cæteris meliorem.

*Caput* valde *parvum* denotat hominem ab omni ſenſu humanoque captu alieniorem: *Mediocre* fortem, probè ſenſatum, magnanimum; *Permagnum*, imbecillum, illiteratum & rudem, guloſum, tardi animi; & minimè ſapientem, illiberalem, nullius aut minimæ perceptionis: *Obliquū*, inverecundum; *Curtum*, inſipientem; longum

imprudentem. *Tumidum in anteriori parte*, perversum; *Altum*, contumacem: *Pars ejus superior depressa*, perversum, *humilis* vero tumidum arguit & formidolosum, ac prorsus omni animo carentem.

*Sinciput rectum & angustum*, significat rudem, immundum & voracem; *Parvum*, stultum; *spatiosum*, tardum ingenium: *Largum*, ignaviam; *Curvum* quod etiam altum & *rotundum*, stupiditatem & teporem; *Quadratum & moderatum secundum magnitudinem corporis*, magnam virtutem; sapientiam & magnanimitatem. *Continuum* vel *planum* vendicatorem bonorum ac dignitatum supra sua merita: *Planum & sine lineis*. seminatorem discordiæ ac litis: *In medietate contractum & angustum* denotat iracundum & impetuosum.

V.

*Signa sumpta à capillis, & à pilis in variis corporis locis.*

*Grossi ac duri capilli* significant ingenium agreste, & hominem audacem; *tenuiores* vero ac *molliores*, timidum & facilioris ingenii: *sed de his latius infra.*

*Quo tenuiores pauciores, & rariores sunt capilli*, eo denotant subtiliores, astutiores, acutiores, formidolosiores & avariores: sed *si substantia eorum sit tenuior cum asperitate*, significat timidum & frigidum.

*Capilli plani* arguunt timorem, &, *si fuerint plani ac molles*, designant humilitatem & timiditatem.

*Multitudo pilorum in utroque brachio* indicat rabiem aut naturam agrestem. *Multitudo* autem eorum *in pectore & ventre* arguit horribilem & singu-

gu-

gularem naturam, illiteratum, luxurioſum & parviſenſus.

*Capilli depreſſi & vaſti circa aures & tempora* ſignificant curioſum & luxurioſum: *ſi pauci ſint & rari circa tempora*, denotant frigiditatem & imbecillitatem: *Si deciderint è ſincipite, adeo ut illud relinquatur nudum*, arguunt ignavum & pauci intellectus: Si *adſit linea dividens capillos in medietate calvariæ*, arguit hebetem ingenio & luxurioſum: *Pili in coſtis* audaciam & animoſitatem docent: *in omnibus corporis partibus* formidinem & timorem, *in brachiis* ſtultitiam & furorem, *in collo & humeris* inſaniam & obſtinatiam: *in pectore & ventre* agreſtem diſpoſitionem.

*Canities in juventute* arguit doloſum & ira calidum: *Pili nigri* denotant timiditatem & vafritiem: *inter nigrum & rubrum*, pacis amatorem. *ſubnigri & tenues*, res bonas, *Flavi & tenues ſeu rari*, bonos mores.

*Capillus niger & groſſus ac directus* ſignificat bonum ingenium bonos mores, egregium facundiam, fidam ſocietatem, ſed laſcivum, voracem: *Niger tenuis & directus* indicat ſtultum, ſuperbum, voracem, non libenter obedientem, odioſum: *Niger & criſpus* valde pronum & facilem ad iram, voracem, cito omnia facientem, laſcivum valde, ſed in laſcivia non admodum potentem aut validum.

*Capillis rufus, ſpiſſus & directus* ſignificat valde malignum, ſuperbum, arrogantem immundum, fallentem ſeu fraudulentum, ſubdolum: *Rufus tenuis & criſpus* ſignificat hominem in irâ ſubito perumpentem, & diu iras alentem, adulatorem, fœdus amoris non perfectè ſervantem; *Rufus ſpiſſus & criſpus* arguit ſuperbum, jactaban-

bundum, levem, mendacem, in societate liberalem, & impense multa largientem.

*Capillus glaucus spissus* significat humiles, & merentes laudem ac favorem. *Glaucus ac tenuis* denotat humilitatem & minus mendacem; *Glaucus & crispus* arguit libidinosum, non multum appetentem cibos, nec Voracem.

*Capillus fuscus & spissus, ac grossus,* denotat valde liberalem, pium, mansvetum, plura patientem, quam alioquin moris est pollentem memoria: *Fuscus* arguit superbum, libenter accusantem, non libenter alicui in ira cedentem, multa sibi perquirentem.

## VI.

### *Signa desumpta ab auribus.*

*Auris magna*, significat bonam memoriam, & longam vitam, sed dolosum & multa jactantem; *Parva* autem denotat, humilem & benignum: sed, *si valde parva sit*, arguit stultitiam, item hebetem, luxuriosum, furem & malignum: *Dura* indicat bonam cordis dispositionem; *Mollis* ejus contrarium; & leviter irascentem: *Tenuis ac veluti circumcisa* fatuum denotat; callidum, malitiosum, & crassa ac magna surdastrum; *Exstans* facilem & promptam docilitatem, mansvetudinem, benignitatem: *Pressa* autem inscitiam, ruditatem, *Quadrata & mediocriter magna*, in audiendo argutissimum; *Curta* stultitiam: *Longa & angusta* invidum.

## VII.

### *Signa temporum.*

*Tempora inflata in venis principalibus magnis & genis* denotant iracundiam.

VIII.

*Signa faciei.*

*Facies valde magna* hebetem denotat: *Parva* hebetem & gnathonem. Et si *parva inclinet ad colorem crocium*, arguit vitiosum & ebrium: *Longa* superbū, impudentem, adulatorem, invidum: *Quadrata*, sapientem & constantem, ac boni consilii. *Rotunda*, moratum, humilem, simplicem, *Triangularis*, subdolum, facilem, ad iram, & indignabundum. *Tenuis* providum in operibus, & subtilis intellectu. *Subtilis*, multa cogitantem: *Mediocris cum genis & temporibus ad nigredinem vergentibus*, verum & amabilem, intelligentem, bene compositum & ingeniosum.

*Facies non multum pulchra* raro importat bonos mores: *sed multum læta* stultum arguit.

*Facies plana sine timore aut pudore*, malum discipulum denotat, contentiosum, injuriosum, sed ingeniosum.

*Facies carnosa* significat importunum, tardum, mendacem.

*Multa caro in faucibus*, arguit naturam grossam.

*Facies ebriosa*, ebrios ostendit.

*Facies iracunda* iracundum demonstrat, & complexionem calidam, quemadmodum *verecunda* verecundum.

*Facies pallida* significat avarum, subdolum, versutum, *Rubra*, levem, mobilem seu inconstantem, non facile ad trium horarum spatium confidentem, maleficum, & malefacta cito corrigentem; *Alba* fœmineum, mollem, frigidum: *Livida & Saturnina* pessimas animi affectiones, ut invidiam, iram, rancorem, insidias.

IX.

*Signa ex fronte.*

*Frons magna* ignavum ſignificat. *Quibus vero ad magnam frontem carnis quoque accedat copia, lævitas & planities*, illi conſtantes & boni ſunt animi.

*Frons parva* homines indicat indociles, hebetesque, *Longa* docilem, *rugoſa* ſtudioſum & ſolicitum, *depreſſa* effœminatum, *rotunda* iracundum, *gibboſa* inſenſatum, *aſpera*, infidum, callidum, *alta* contumacem.

*Frons prægrandis*, *rotunda*, *depilis* audacem & mendacem arguit.

*Oblonga cum facie ſimiliter oblonga & mento tenui* crudelitatem & tyrannidem ſignificat.

Si *oblongæ fronti accedat macies*, illi timidi ſunt, doloſi & ambitioſi.

*Frons lata, laxa,* homines coram blandientes à tergo vero peſſime calumniantes, detrahentes, & ſugillantes, aſſentatores garfuloſque ſignificat.

*Plana* frons eſt, quæ non aſſurgit ad aliquam protuberantiam, ſed in omnibus ſuis partibus æqualitatem quandam habet hominesque prudentes & induſtrios, inflexiles, in ira pertinaces, obſtinatos & litigioſos notat.

*In quibus vero minor eſt frontis planities*, illi ſocordes, ſtupidi, ſtipites & trunci habentur.

*Frons glabra & complanata cuticula, niſi intra ſupernam* naſi *ſuperficiem*, profanum, fallacem, & iracundum ſignificat.

*Frons confuſa, & tumida nimia vultus pingvedine,* inſtabilem, phlegmaticum, craſſum, hebetemque oſtendit.

*Frons anguſta* hominem ſtolidum, indocilem in-

indicat, *sublata* vero versutum & tergiversatorem prodit.

Similiter quibus *frons in medio q. contrahitur*, iracundi sunt,& tumultuantur cholerici.

*Frons collecta* adulatores significat.

*Frons nebulosa* significat audacem & fortem. Quando autem *nebulosus* habitus audaciam significat, tranquillitas adulationem, medius habitus horum habebit se decenter.

Quibus vero est *frons retracta, ita ut cutis rugæ quasi superius sint* retractæ, hominem ingeniosum, melancholicum, & magna cogitantem declarant.

*Frons concava* timidos facit dolosos & ambitiosos.

*Frons nimis attenuata* & corrugata cerebri defectum, humorisque substantifici consumptionem designat, ut patet in senibus & in his qui à diuturnis morbis exhausti & attenuati sunt.

*Fronte tensa & lucidâ* qui prædititi sunt, adulatores & assentatores sunt.

*Frons valde distorta* socordem atque stupidum demonstrat.

*Frons alta & recta* contumaciam hominis ingenio innatam designat.

*Frons elevata* liberalem significat.

*Frons depressa atque humilis* virilis plane non est, animum enim adjectum, timidum, desperabundum, servilem & effœminatum indigitat.

*Rotunda frons* illa est, quæ in convexum extuberat, quæ si simul sit *carnosa*, homines efficit stupidos & hebetes.

*Frons in gyrum elevata*, à quibusdam probatur, maximè si capiti optimè respondeat: Quod si temporum protuberantias hæc frontis rotunditas oc-

cupet, sitque ibi *frons depilis* ingenii præstantiam, honoris cupiditatem, arrogantiam, naturæ magnanimitatem & peculiare quid in illo homine conjicies.

Accedit & hoc omni *frontis rotunditati*, quod plerunque choleræ excessum, cholericas passiones, phrenesin, maniam, furorem, invidiam, dolum & simile quid portendat.

*Frons quadrata & optimæ capitis proportioni commensurata*, evidentissimus est prudentiæ, fortitudinis, intellectus, & magnificentiæ index, & si cum brutis animantibus hæc frontis conditio sit comparanda, ad Leonis ingenium est referenda

*Fros caperata, rugis contracta, in medio tamen declivior*, una cum duabus summis virtutibus scilicet magnanimitate & prudentia, pessimum quoque adjunctum vitium scilicet crudelitatem adesse docet.

*Frons rugosa in longum*, præsertim *circa nasi radicem*, cogitationes melancholicas arguit.

*Frons quibus est tristis cum vultu demisso*, querali sunt, anxii, lugentes, refertur ad hoc animi Pathema. Nam lamentabundi tali habitu & dispositione incedere solent.

Similiter *frons tetrica* anxios homines & multis cruciatuum sollicitudinibus expositos arguit.

*Frons serena, protensa, & collecta, seu tranquilla*, adulatores portendit.

*Medius habitus frontis inter serenam & nubilosam*, hominem bonum & congruentum significat.

*Frons acuta recta, non magna, neque levis, neque omnino rugosa*, magnanimum significat hominem; & vere liberalem.

Frons

*Frons cacuminata fossulas quasdam & cacumina habens*, callidi & perfidi est indicium.

*Frons exporrecta & erugata* fallaces, solertes, callidos & vafros demonstrat.

X.

*Signa à naso collecta.*

*Nasus* multum *gibbosus* ostendit ad modum ebriosum, voracem, arrogantem, lascivum, libenter sua largientem: *directus & in medio curvatus*, significat valde iracundum, & nulli ferè cedentem. *In medio gibbosus cum naribus largis* denotat valdè liberalem & verbis constantem; *Largus* demonstrat hominem multa cogitantem, & facile irascentem; *oblongus & gracilis, rostratusque*, fortem ac jactabundum, & rapacem instar avium; *Curvus obliquus & intortus*, significat iracundum, simulantem, & de suis frequenter detrahentem, similiterque mentis & animorum obliquitatem: *Grassus in medio* indicat voracem, & de rebus futuris cogitantem: In *medio acutus*, amarum, prodigum, libenter largientem & valde mundum.

*Summum nasi gracile & tenuis*, denotat facilem ad iracundiam, & amatorem discordiæ; *Crassum & depressum* pravos mores denunciat, *plenum solidum obtusumque* denotat fortem & jactabundum; *Longum* vero indicat subtilem, cholericum & levem.

*Nasus naturaliter rubens*, arguit subtile ingenium, memoriam levem, amicos multos acquirentem, graviter inconstantem; *Pallidus* durum, inconstantis memoriæ, & in amicitia constantem ac potentem in sermone.

*Nasus adclinans* signum dabit honestatis vitæ morumque: *Rectus* denotat lingvæ intemperan-

 tiam;

tiam; *Acutus* facilitatem ad iram: *Obtusus* mollitiem; *Aduncus & Aquilinus* regalem animum ac magnificentiam; *Simus* immodestiam, scortationem; *Minor* fraudem, rapacitatem. *Adapertus* animæ vim, roburque corporis; *Angustus, rotundior obstructusque* stoliditatem, socordiam, vesaniam; *Grossus* insipientiam.

*Nasus planus & parvus* denotat in senibus ingenium; *Longus ad os fere pertingens* denotat hominem dignum & magnanimum.

*Natus latus in medio & declinans in ascensu*, multa arguit verba & mendacem: *Subtilis & tenuis* iracundum.

*Nases grossæ*, hominem invidum ostendunt, *latæ* luxuriosum, *curvæ* magnanimum, sed luxuriosum, *perversæ*, perversum, *directæ* intemperantem lingvam, *apertæ* libertatem & fortitudinem: *angustæ rotundæ & clausæ*, stultitiam, *latæ & magnæ* fortem & magnanimum: *Nares difficilis dilatationis* denotant iracundiam, *plenæ & apertæ* iracundiam. *Nasus* denique probatissimus debet esse *æqualis, & mediocris longitudinis ac latitudinis ad suam extremitatem.*

## XI.

### *Signa genarum.*

*Genæ* sive *malæ carnosæ* arguunt segnes & ebriosos, *graciliores* vero exhibent signum improbitatis, deceptionis, timiditatis; *Pingviores & plenæ* indicium præstant calliditatis, segnitiei & luxuriæ; *crassæ & ab oculis demissiores* habent invidiæ signata, *rotundæ* produnt dolosos, prælargæ, vaniloquentiam arguunt, *crassæ & densæ* indicant stultos ac idiotas, *leves & prolixæ* importunum.

Si-

XII.

*Signa mentis.*

*Mentum rotundum* ostendit constantem, *Longum* significat levem in verbis, loquacem, facilem ad iram. *Breve* crudeles, diros insidiatores. *Scissum evidenter*, liberalem, dolosum & inconstantem, *Grossum* denotat integritatem animi, indignitatem & mendacem, *acutum* audaciam, iram, tyrannidem: Et tamen, ut alii volunt, hujusmodi homines bonam habent mentem: *Quadratum* arguit virilem: Quibus natura *rotundiorem figuram circumscripserit*, effœminati sunt.

XIII.

*Signa Barbæ.*

Quibus *rarior & tardior* provenit *mystax*, *mento* nihilominus in prima statim virili ætate *decora lanugine obducto* illi dicuntur prudentes, solertes, circumspecti, ingeniosi, ad honorum fastigia aspirantes.

Contra *quibus mystax prior erumpit quam barba mentalis*, sunt crudeles, immanes, sangvinarii & truculenti.

*Barba densa, hirsuta, aspera & undiquaque per genas æqualiter luxurians*: Talis hominem audacem, fortem, verè virum, ingenium constans, immobile, prudensque significat, & constantem sanitatem corporis & animi prædicare videtur, cum temperamento ut plurimum cholerico.

*Barba rara, mollis flaccescens & tenuis*, hominem libidinosum, mulierosum, & corporis delitiis occupatum, ingenium timidum, molle, delicatum, inconstans, & raro sibi simile arguit.

*Barba ruffa*, hominem notat prima fronte pla-

cidum, humanum, amicum, ſed in receſſu aſtutum, fallacem, adulatorem.

*Barba nigra* bonâ eſt, humoris melancholici & biiloſi permiſti indicium, ſignificatque hominem ingenioſum, ſincerum, conſtantem, audacem, fortem, idque per ſobrietatem, nam in Ebriis res aliter ſe habet

*Subruffa vel flava barba ad ruffæ vel citrinæ naturam quam proxime accedit*, niſi fortaſſis minorem choleræ & uberiorem ſangvinis affluxum, ac proinde hominem minus iracundum, facetum, urbanum, placabilem indicet.

*Pallida vel alba*, phlegmaticum tædioſumq; innuit.

*Quibus barba æqualiter ſimul & ſemel erumpit*, bonam ſanitatem arguit.

Contra *quibusdam inæqualiter barba ſuccreſcit, & ab una parte prolixior, feratior & uberior eſt, quā ab altera*, ubi vel brevior vel rarior apparet, rectè pronunciaveris illum hominem eſſe valetudinarium, ſcabioſum, ulceroſum, catharroſum &c.

*Barba bifurcata ut in medio menti fiſſura quædam depilis appareat*, hominem clandeſtinum, qui non omnia omnibus concredit, ſed judicium de rebus propoſitis ſuſpenſum ſibi reſervet, indicat.

XIV.

*Signa Oculorum.*

*Oculi magni mobiles flucidi, ſi torvum videant ſimul & ſupercilia porrigantur*, indicant hominem agreſtem, crudum & rapacis animi. *Magni* ſimpliciter ſignificant invidum, inobedientem, *Oculi magni & rubri* ſurſum ſpectantes indicant malū, mœſtum & ebrium; *parvi*, malum, ſtultum: *Vnus oculus altero major* denotat malitiæ, ſeminatorem

&

& stultitiam: *Sinister dextro major*, arrogantem, facundum, pauca largientem; *Mediocres & colores cærulei* ostendunt curiosum, bonum ingenium: Itẽ *Oculus magnus & rotundus ac albus* significat valde superbum, lascivum, & facile in ira procedentem; *Magnus & rotundus ac glaucus*, malitiosum corde, simulantem vultu, non valde rationalem, nec bonæ amicitiæ fœdus servantem; Si *niger*, indicat rationalem, & indignantem, per se multa cogitantem. *Oculus magnus & oblongus & glaucus* significat castum & sobrium, Si sit *albus*, *arguit* versutum, & insidias multum cogitantem, nec fidem in societate, sub ira detrahentem aut fallentem, & sibi alienos actus adscribentem: Si *niger*, superbum, & multa passurum infortunia, & per insidias ac dolos prosperum seu fortunatum, multa mala de suis cogitantem, & vultu ac verbis valde simulantem: Si *glaucus & luscus*, ostendit superbum & liberalem & benignum ac humilem humilibus, valde autem in ira dolosum; Si *niger & luscus*, significat valde dolosum & fraudulentum, multosque dolores passurum, valde solutum in amicitia acquirenda: *Oculus parvus, rotundus & albus* significat cautum in sermone, multum providum & tenacem, & libenter largientem multis gratis. Si *glaucus*, denotat valde amabilem & jocabundum, facilem ad iram, diu amicitias servantem: Si *niger*, significat omnino lascivum & valdè liberalem ante trigesimum annum, valde inconstantem, & deinde brevi ante mortem aliis multo constantiorem; *Oculus parvus, oblongus & albus* indicat hominem valde affectantem alterius dignitatem & parum proficientem, multum adulantem, & paucis gratum: Si *glaucus*, invidum, & qui ab amore sibi temperabit, postea autem

diliget: Si *niger*, malitiosum, subdolum & multa cogitantem, vix bonum finem in actu consequentem: *Oculus parvus & luscus ac albus*, denotat perniciosum & in suis actibus largum, in rationibus suis cautum & domesticis suis invidum: *Oculus parvus, longus, & niger* designat malignas cogitationes, & subdolas ac iniquas proditiones per iram & magnam cordis superbiam. *Oculus albus in albo homine* arguit inconstantem & mendacem, quandoque prodigum, & nonnunquam avarum; in *homine* autem *nigro*, iracundum & ex levi causa infirmum, ac non saepe sanum seu valetudinarium: *Subalbidus cum pauco glauco* arguit timidum & impotentem. *Caeruleus* denotat bonum, moratum, amabilem & liberalem, ac libenter sua largientem: *Glaucus cum minima acie* illiberales, avaros, callidos, *Subpurpureus cum siccitate iracundos*: cum *humiditate* ebriosos, *Glauci castanei* sunt meliores quam sicci *Nigri & coruscantes* indicant hebetem & timidum. *Oculus diversi coloris in pupilla, vel circa eam*, denotat perturbationem, invidiam, & imbecillitatem. *Circulus circa uvam niger cum rubedine sed non expressa rubedine*, indicat flexile & bonum ingenium ac justum. *Guttae rubrae in pomo oculi* significant proclivem ad iram: Nota quod, quo majores sunt guttae, eò majora vitia denotant. *Circulus niger* latronem & injustum arguit: *Oculi ad instar iridis*, denotant siccosos & furiosos. *Oculi rubri* instar ignis arguunt pessimum & obstinatum, *Rubri* fortitudinem & animositatem: *Glauci cum flavedine & viridantes*, malum hominem: *Glauci & virides* malum ac infortunatum & furem. *Albi in pomo seu pupilla rubicunda, & igni similes, & interius aliae gut-*

*tae*

*tæ pallidæ, cum aliis glaucis mistæ & circulus extra pupillam sangvineus sit aut castaneus*, *oculusque sit clarus, & moveatur ut iracundus atque etiam palpebræ sint istius modi*, denotatur quod homo iste excedat ferocitatem ferarum, quia talis oculus omnis nequitiæ executionem indicat.

*Prominentes oculi, qui sese extra mittunt, seu propendent, quibusque in circuli speciem tumor circum ducitur, aut quos veluti fossa quædam castrorum circumdat*, significant dolosum, furiosum, sangvinolentum, stolidum: Atque hi, si *mobiliores fuerint*, denotabunt voracem, *si petulci atque sangvinei* ebriosum, si *glauci*; nec justitiam nec consvetudinem hominis ullam, si *prominentiores splendidi, grandiores, puri & humidi*, denotant hominem insigni justitia & consvetudine præditum, disciplinis aptissimum, si *parvi* impudentem, stultum, luxuriosum, hebetem: *Oculi reconditi & occulti, nisi fuerint magni*, nullo pacto probantur: Nam hujusmodi si *parvi* sunt, arguunt pravitatem, dissimulationem, invidiam, insidias, & si *sicci* fuerint, perfidiam, si *humidi* amentem. Laudatur igitur oculorum status medius inter prominentem & reconditum, quo scilicet oculi nec tumidi sunt, nec concavi. sed mediocritatem habent in magnitudine. Nam *oculi humidi* formidinem, *aridi* vesaniam, quandoque arguunt: Unde liquet, quod *rigidiores oculi* nunquam sint boni: Nam *oculi pallidiores rigentes* stolidum arguunt, *grandiores & rubicundi* libidinosos, gulæ deditos, & impotentes indicāt: At si hujusmodi oculi simul sint *splendentes*, velim, ut tibi, à tali homine, caveas, nam malis & calamitatibus aliorum gaudet. *Oculi mobiles* denotant turbatorem, suspicacem, interpellatorem, infidum, ac curiosum magis quam pervi-

cacem, furem, & si *palpebræ moveantur*, certe animam præpotentem, sin minus audacem. *Oculi ocius circum volitantes & volubiles* indicant animum perturbatum, tardum in actionibus, ganeonem & luxuriosum. *Oculi parvi sæpius clausi & moti, si etiam frons moveatur*, timidum ostendunt, pusillanimem, maniam: Si *tardioris fuerint motus*, pigrum atque inertem. *Oculi tremuli si in dextram moveantur*, socordiam declarant insaniam: si *in sinistrum*, adulterium: si vero *introrsum*, *quasi naso annuentes*, gratiosum venereum & amarosum. *Oculi qui cum clauduntur*, *sursum attolluntur* gulosos indicant, libidinosos, ac sacri morbi certissima signa sunt: Quod si hujusmodi *oculi* sint *pallidi*, impios atque homicidas: si *subrubentes nigricantesve* hominem arguunt intemperatissimi oris, mulieribus deditos, stolidos, altercatores. *Oculi qui cum aperiuntur*, *fixe stant* vel cogitabundum, vel alicujus rei pœnitentiam ostendunt; *Oculi tremuli sive vibrantes & parvi* indicant dolosum, adulterum, si vero sint *magni*, ineptum, rudem, gulosum intemperantiam vini & veneris; si *grandiusculi*, splendidique & humidiores, ingentem commonstrant spiritum, excelsum, & maximorum effectorem seu præclarorum gestorum, iracundum tamen & ebriosum ac gloriabundum.

*Oculi tenebrosi* si sicciores sint, infidum denotant, si *parvi* bilingvem, dolosum, insidiatorem; si vero *humidi & grandiores*, animosum, constantem, studiosum, prudentem, ad disciplinas aptum ac habilem, timidum ac prope avarum: *prælucidi & clari* sunt optimi, si cœtera non contradicant. *Oculi splendentes*, quamvis sint utiles, non tamen sunt certæ probitatis indices. Qui si sint *glauci* vel *sangvinei* calliditatem arguunt & audaciam si

*sub-*

*subnigri*, timorem, formidinem, suspicionem, si *nigri* adulterium; si *torvum videant*, difficultatis, mœstitiæ & morositatis præbent indicium, si sint *humidi*, fortitudinis, imprudentiæ celeritatis, iracundiæ, socordiæ, invenustatis habent argumentum: *Oculi in quibus voluptas est, & quasi usus*, indicant dissimulatorem, & si *sint reconditi aut submersi* insidiatorem, si sicci, reprobatum, *si humidi*, non malos quidem sed vanos, rudes & omni animæ motione carentes, pigros & intemperantes; At vero si horum inanes *palpebræ non nictarint* fueritque frons læta & utrinque simul vacua supercilia, denotabunt hominem magnificum, justum, svavem, pium, facilem, hospitalem, & optimi consilii: *Oculi tristes humidique* arguunt studiosum, plurimarum artium sectatorem. *Oculi sicci, si vultus sit trucior, item si frons sit aspera, aspectus immobilis, palpebræque rectæ*, rusticas designant voluptates & improbissimas cogitationes. *Oculi acuti* denotant tumultuosum & rapacem, ac pessimum, si *non sunt humidi*. *Oculi qui sæpius connivent* (id autem est, cum immoto capite huc illuc obligantur) timorem & formidinem coarguunt, si cum *siccitate*, fraudem, insidias, occultumque aliquod malum, si *cum tremore palleant*, fatuitatem: At vero econtra, *qui non connivent* robustiores sunt victique: *Oculi nictantes* denotant insideatores fures: *Quibus non nictant oculi, sed quando clauduntur, defluunt*, verecundi sunt. *Oculi graves* denotant quietem, timorem, pusillanimitatem. *Oculi sæpius clausi & aperti*, timiditatem & si *sicci* sint, insidias, similiterque malos mores arguunt, nisi cætera repugnent. *Oculi aperti* significant hominem vanum & attonitum; *immobiles & sicci*, iracundiam & furorem, *Oculi cito mobiles*, *itemque oculi*

*& frons simul moventes* indicant animosos & fortes atque fideles.

XV.

*Signa ex pupilla, superciliis, palpebris & angulis oculorum.*

*Pupilla seu oculorum acies parva*, pravissimas ostendit cogitationes & avaritiam, ac pusillanimitatem: Nam hujusmodi sunt serpentes, simiæ & vulpes: *Magna* autem *pupilla* denotat mentem placidissimam, liberalem, magnanimum, fortem: *Mediocres* porro & *decentes pupillæ* probos indicant.

*Superciliorum pili nigri & spissi*, arguunt bonum & forte ingenium: si *curvi sint deorsum*, mendacem indicant, *Recta supercilia* ostundunt mollem, si *juxta nasum flexa*, rigidum, *juxta tempora* derisorem, *contracta* invidum, *demissa* malevolum indicabunt. *Supercilia grossa & in longum protensa*, significant, arrogantiam in gestu, & laudis cupidum: *Arcuata seu ad modum arcus protracta* modestum: *Gracilia* lascivum; *alba* effœminatum, credulum, stolidum; *Rubra* inverecundum, impudentem, invidum; *Hirsuta* simplicem: *Mollia & plana, invicemque sibi & æquo respondentia nigricantibus pilis* complexionem probam:

*Dura & complicata supercilia* hominem inverecundum, impudentem & invidum denotant.

*Supercilia densa cum multitudine pilorum conjunctorum ad nasi principium*, adustionem intensam designant, suntque tales melancholici & pravæ naturæ, impii, fures, deceptores, lenones, homicidæ & omnium malorum participes.

*Supercilia rara* in proportione, bonum temperamentum, humorum & spirituum sanitatem argu-

guunt ſuntque tales homines ingenioſi, eruditi & ſecretorum mirifici indigatores.

*Supercilia absque motu voluntario ſpontè titillantia, & modice agitata*, audaciæ & animoſitatis virilis indicium ſunt.

*Supercilia longa* arrogantiam & inverecundiam ſignificant.

*Supercilia ſpiſſa, piloſa, in tantam longitudinem prominentia, ut viſum fere obſcurent*, caloris exceſſum ſignant, ex quo per conſequens garrulitas, furibundi mores, nullus diſcurſus, fumorum, copia morum ineptitudo multa materiæ aduſtæ coacervatio ſubſequitur.

*Supercilia depilia, & pilis plane ſpoliata* interiorem ſangvinis corruptionem, ut in hecticis, & ſimilibus aut meatuum per quos humores tranſeunt, oppilationem, ut patet in caſtratis.

*Si vero ſupercilia paucorum ſint pilorum, & multæ carnis*, ſenſum durum ſignant, & obtuſum, & frigiditatem in membris principalibus dominantem.

*Superciliorum calvicies* immoderatum Veneris uſum notat.

*Supercilia ad naſum inflexa vel naſuta* animum auſterum, acerbum & iracundum ſignificant.

*Si* vero *ad tempora inflectantur*, deriſorem & diſſimulatorem deſignant.

*Elevata ſupercilia ſi ad originem naſi deſcendant, ſuperius vero circa tempora eleventur*, dominium calidi & ſicci arguunt, hominemque cholericum, aſtutum, callidum & maleficum connotant.

*Demiſſa in totum ſupercilia* invidiæ notam habent.

*Si ſupercilia ad mediam naſi radicem denſi demittantur, ad partes* vero *quæ utrinque exiſtunt (puta*

*ſubtiliora in fine* ſignificat inconſtantem, liberalem & non durantem in vita: *Os groſſa habens labia pallida* ſignificat fatuum, vitioſum, conſtantem ſeu fidam memoriam & durantem ſeu firmam amicitiam; Si *labrum ſuperius ſit groſsius inferiori*, indicatur homo occultus ad modum & nequam cogitationibus. *Os magnum & labia mediocris proportionis*, denotant largum, de ſuo & gaudia conſectantem: *Os parvum*, non atteſtatur liberalitatem: *Os neque firmum neque protervum*, eſt ſignum audaciæ, nugarum & dementiæ: *Os parvum & prominens*, denotat inſidias & reprobationem: *Os humile & depreſſum* formidinem arguit & conſiliorum inſtabilitatem: *Oris vaſtitas* ſignificat appetitum & famem caninam.

## XVII.

### *Signa ex labris.*

*Labra tenuina in magno ore*, indicant magnanimitatem, ſeu fortitudinem, *in minori* vero ignaviam, inhumanitatẽ, moleſtiam, impietatem, perfidiam, timiditatem, puſillanimitatem. Quibus *ſupra dentes caninos labia attolluntur ex rictu dentes illos ad inſtar canum nudos reliquentia* ſunt homines peſſimorum morum, acclamatores, injurioſi, convitiatores, mordaces; *Quibus totum os protenditur, labraque præpinguiora rotunda atque extrinſecus inverſa*, hi & moribus & operibus ſunt ſuini. *Quibus inferiori labro ſuperius ſuperadiicitur*, prudentiores ſunt; *Quibus* vero *labrum labio præminet*, his accidunt ſtoliditas & vanitas: *Magna labia & rupta cum ore magno* denotant invidum, voracem ſtultum: *Magna labia* ut cunque hebetem & ſtultũ arguunt ſeu fatuum. *Labia tenuia in magno ore ſi labium ſupremum ſit rubicundum & ſuper poſitum infe-*

*inferiori*, indicant fortem, leoninum & magnanimum. *Si labrum infimum protuberat extrorsum*, arguit male moratum & imprudentem: *Quando labia magnitudine excedunt*, *& os est parvum*, denotant hominem in magnis honoribus & possessionibus constitutum; *Labia dependentia*, sunt signum stultitiæ.

XVIII.

*Signa à dentibus sumpta.*

*Dentes debiles & pauci* significant corpus debile. *Longi & firmi*, malos ac voraces: *Albi* denotant fatuum & laudis valdè avidum. *Nigri* libenter detrahentem & accusantem, & suis frequenter insidiantem, non mendacem: *Æquales* significant iracundum, benè loquentem, multa disponentem, & bona consilia dantem; *Inæquales* significant multa cogitantem; *Rari* ostendunt maledicum & lascivum; *spissi* voracem & delicatum. *Male locati* indicant nebulonem, loquacem, insolentem, pomposum & instabilem: *marcidi, minuti*, brevitatem vitæ, caloris abundantiam, noxium humorem.

XIX.

*Signa a lingva desumpta.*

*Lingva grossa, immoderata & prælonga* balbutiem efficiunt, *tenuis & acuminata, limata* instar viperarum eloquentiam, astutiam, calliditatem præse fert.

XX.

*Signa à voce desumpta.*

*Vox grossa*, animosum denotat & fortem: *Exerta & acuta*, bellicosum & eloquentem: *mediocris*

*tris inter grossum & tenuem*, significat prudentes, paratos, fideles & justos: *Gravis & ponderosa* ventri obedientem, segnem: *aspera* invidum & in cujus corde malum absconditur, velocem & subitaneum, iracundum, bene moratum & præcipitem; *Parva seu submissa*, *cum festinatione in sermonibus*, importunum & mendacem: *Grossa cum sermone veloci*, iracundum & imperantem, ac malæ conditionis, *Svavis* invidum & suspicacem, *Pulchra & adulans*, stupiditatem; *Pulchra* stultitiam & exiguitatem scientiæ: Qui sæpe se & *manus movet dum loquitur*, denotatur invidus & eloquens. *Cujus manus dum loquitur quiescunt*, ei utilitas & intellectus adscribitur. Talis enim est bene dispositus ac boni consilii: *Cujus spiratio est longa*, in eo arguitur pessima natura & conditio.

## XXI.

### *Signa à blæsis & albis.*

Omnis *blæsus* plerumque superbus. *Blæsitas* apoplexiam & alios morbos capitis minatur.

*Blæsi baldis* vivunt tolerabilius in mediocri temperamento.

*Balbuties* non consveta præsagit paralysin.

*Balbi* ad Diarrheas & alvi fluxus chronicos inclinant.

*Balbi* boni sunt circumspecti & moderati.

*Balbi* humidum habent Ventriculum.

## XXII.

### *Signa desumpta à risu.*

*Qui multum ridet*, benignus est & idoneus in omni re convenienti; Qui *parum ridet*, spernit & contemnit actus omnium hominum; Qui *coactè quasi ridet*, impudens est sine pudore & stultus.

Qui

Qui *ridendo tußire solet cum difficultate respirat* impudens & malus est: *Risus cum oculis siccis & jucundis*, invidiam indicat. *Risus cum palpebrarum contractione vel connexione* arguit gaudium post facinoris perpetrationem. *Debilis risus* denotat hominem innocentem: *Oculis in risu humidis existentibus & omnibus aliis partibus convenientibus* significatur gaudium.

XXIII.

*Signa à Gutturis & Colli observatione desumpta.*

*Collum oblongum & gracile* indicat timidum, stolidum, imbecillem, loquacem, & malorum morum hominem: *Pingve & prolixum*, animosos, jactabundos, contumaces, robustos, fortes, ad disciplinas ineptos ac inhabiles, & suinos, *valde breve seu curtum* audacem, callidum, deceptorem, ingeniosum. *Densum nullam in partem procidens*, finistros, contumaces, ineptos. *Collum effractum*, semivirum arguit: *ad dextrum inclinans* declarat ornatos, prudentes & finistros; *Si inclinat & sinistram*, adulteros, ac nullius prudentiæ: *Si in quamvis aliam*, pravissimi animi ac mentis est indicium; *Si in nullam*, indicat moderationem artis & exercitationis: *Collum magnum*, denotat magnum commestorem.

*Guttur asperum* levitatem arguit, verbosum, protervitatem lingvæ atque arrogantiam: *Si nudus fuerint in gutture*, levitatem significat, pravitatem, audaciam seu animositatem.

XXIV.

*Signa sumpta à pectore & mammillis.*

*Pectus*

*Pectus magnum & dearticulatum* ſignificat robuſtum: *Gracile*, *imbecillum*, puſillanimem: *Carnoſum*, affectus dexteritate carentes.

*Mammillæ* in obeſo pectore *dependentes*, indicant ſcortatorès, ebrioſos, & ganeones.

XXV.

*Signa deſumpta ab humeris & brachiis ulnis, ſcapulis.*

*Denſi humeri, denſum dorſum & latum pectus* arguit animoſitatem, bene merendi ſtudium & intellectum; *Lati humeri* arguunt bonum ingenium: *Anguſti* contrarium: *Tenues & graciles ac recti in loco arcuato* virum incertæ fidei & peſſimum: *Non pingves, ſed bene diſpoſiti*, virtutibus deditum: *Laxi* naturam acutam & mendacem: *Robuſti*, robuſtum & moratum: *Scapula robuſta* arguit hominem robuſtum: *Imbecillis* vero & *gracilis*, timidum: *carnoſa* ſenſuum indicat egeſtatem: *Anguſta*, fatuïtatem: *Latior* mentis altitudinem: *Rotundior* induſtriam & ſagacitatem · *Gibboſa curvaque* invidentiam & pravitatem. *Vlnæ ſi fuerint ita prolixæ, & manus demiſſæ pertingant, uſque ad medium, infra coxendices*, ſunt fortitudinis & felicitatis ſignum: *Breviores* vero *quorum capita occurrunt*, malevolentiæ, invidentiæque ſunt indicium! *Exiles*, hominem arguunt effœminatum · *Carnoſiores* indicant hominem ſenſibus diſciplinisque carentem.

Item. *Brachia tam longa & prolixa ut manus poſſint contingere genua*, arguunt animoſitatem & nobilitatem: *Brevia* diſcordiam & ignorantiam, puſillanimes & pravos.

*Muſculi brachiorum magni & fortes* ſunt boni ingenii argumentum.

*Vlnæ, brachia, cubitique ipsi benè articulati* esse debent iis, quos probare voluerimus.

XXVI.

*Indicia sumpta à manibus, digitis & unguibus.*

*Cum manus ita sunt cum brachiis formatæ, ut directè stante corpore pertingant usque ad genua,* denotant habilem: *si se extendunt, non nisi ad coxas, aut ad medietatem fœmoris,* significant malevolos, qui gaudent infortuniis aliorũ. *Manus perbreves* indicant stultitiam. *Parvæ sed planæ & fortes* callidum ac sagacem. *Teneræ & molliores* optimum ingeniũ arguunt & disciplinis aptum, *Duræ & magnæ* hominem fortem & ad disciplinas satis idoneum. *Angustæ gracilesque* rapacitatem & tyrannidem. *Leves & subtiles* prudentiam: *Pingues cum digitis curtis,* avarum, minantem & furem; *Palmæ longæ cum longis digitis* bene dispositum ad multas artes, melancholicum, bonæ gubernationis & prudentem.

*Digiti magni & curti* arguunt hebetem, dementem: *Nodosi* stultitiam; *Parvi* gracilesque paucissimum intellectum: *Oblongi gracilesque* minimæ & rigidioris mentis hominem: *Qui claudit & contrahit digitos,* invidus est, impius & avarus.

*Vngues albi cum rubedine suffusi, sunt* signa boni ingenii: *valde curti, parvi & nigricantes,* pravum indicant hominem; *Angusti & longi* soliditatem & sapientiam; At si sint *angusti & rotundi*, denotant actus venereos, hominemque paratum; *Obliqui & adunci* impudentem & rapacem; *Impressi & multum fracti,* stultos & fures.

XXVIII.

*Signa desumpta à coxis & cruribus ac genibus & tibiis.*

*Coxæ inarticulatæ & molles* timidum arguunt & imbecillum. *Prægraciles* improbum.

*Crura tenuia* ſignificant fœminarum amatores.

*Genua curve impleta* denotant virtutis imbecillitatem.


*Tibiæ groſſæ* fortitudinem arguunt & animoſitatem: *Subtiles*, ignorantiam, *Lætæ cum calcibus latis* corpus forte.

## XXVIII.

### *Signa a pedibus ſumpta.*

*Pedes groſſi & carnoſi* arguunt ſtultitiam in amore & mœchum, ac amatorem injuriæ. *Multum carnoſi* indicant hominem difficilem & malum ingenium: *Nervoſi & articulati*, & generis & morum veſtigia impriment. *Teneri* molliorem indicant: *Oblongi* ſunt plurimæ cogitationis ſignum. *Parvi* autem calliditatis & duritiei indicium exhibent: *Pulchri & fortes* jucundum & fornicatorem deſcribunt. *Tarde moventes* indicant hebetem: *Velociter* autem *moventes* levem denotant.

*Largi paſſus* ſignitiei ſunt argumentum; *Veloces* cholericum & ſuſpicacem oſtendunt.



AL-

lorem, magni, ſplendidi, ſupercilia compreſſa, Frons auſtera.

5. *Prudentis.*

Corpore parvi, Caput non valde magnum, Capilli in pueritia cani. Frons quadrata. Facies pingviuſcula. Lingva ſubtilis. Labia oris ſuperiora præminentia. Collum ad dextram inclinatum. Pectus & humeri lati. Manus longæ cum digitis longis, immotæ in locutione, Oculi magni, fulgentes, hilares, humidi.

6. *Ingenioſi.*

Carnes habet molles. Mediocris ſtaturæ. Aſpectu mitis. Capillorum planorum. Oculi rotundi & magni. Claræ vocis. Longarum palmarum. Digitorum longorum & mollium, genua minus carnoſa, modici riſus, fletus, mitis, ſubtilis. Totum corpus erectum. Dorſum corpulentem. Frons longa. Facies maculata. Supercilia magna, rara, collum & humeri grandes. Venter mediocris.

7. *Cogitabundi.*

Frons caperata, vel in medium ſui elevata, ſpiritus facilis & ſine ſtrepitu progrediens. Collum incurvum. Inceſſus tardus.

8. *Mechanici,*

Manus longæ cum digitis. Capelli ſubflavi. Oculi humidi.

9. *Docilis.*

Capilli ſubflavi, Frons in longum porrecta, Supercilia rara & magna. Facies maculata. Riſus parcus. Humeri magni & pectus latum, manus in loquendo immobiles. Digiti retro converſi,

Ocu-

Oculi ſubcœrulei, ſplendentes. Frons exporrecta. Palpebræ mobiles.

10. *Conſtantis.*

Riſus paucus. Cilia nigra, ſolida. Oculi obſcuri, humidi.

11. *Memoris.*

Superiora minora, pulchra & carnoſa.

12. *Fortis, Animoſi, Bellicoſi.*

Duri pili. Figura corporis erecta, Oſſa latera, coſtæ & extrema magna, venter amplus, Pectus piloſum, carnoſum, & amplum. Color corporis ſqualidus. Frons recta non magna. Humeri ampli, robuſti ad ſingulos paſſus mobiles. Collum firmum, erectum non valde carnoſum. Nates contractæ, duræ. Suræ deorſum ductæ, vox gravis & ſonora, Occiput protenſum. Capilli flavi. Aures decenter magnæ, quadratæ. Nares patulæ, Labia exilia in ore magno, ut ſuperiora inferioribus ſuperponantur. Vlnæ prolixæ. Manus magnæ, duræ. Femora nervoſa, oſſea. Tibiæ robuſtæ, Palpebræ erectæ, flavæ. Oculi flavi vel fulvi, Mentum quadratum, Denſa barba.

13. *Magnanimi.*

Caput moderatæ magnitudinis. Capilli à fronte deſcendentes ad naſum ſubflavi. Frons quadrata. Naſus aduncus à fronte, vel rotundus, & in imo obtuſus, labia tenuia in ore magno, ut partes ſuperiores inferioribus ſuper injectæ ſint. Inceſſus tardus Incedens humeris curvis & ad ſingulos paſſus commotis, vel longo greſſu ambulans. Oculi flavi, minus concavi, nigri.

14. *Li-*

14. *Liberalis.*

Cervix hersuta. Manuum digiti longi & graciles retro conversi. Vlnæ prolixæ,quæ extensæ ad genua usque pertingant.

15. *Mansveti.*

Benè carnosus, grandis, figuræ curvæ. Constans intuitus. Tardus motus, vox gravis,tarda.

16. *Verecundi.*

In motibus & loquela tardus,vox gravis & spiritus plena, oculi nigri non valde aperti nec omnino clausi,tardè conniventes, Rubore plenus, Aures rubidæ.

17. *Iucundi.*

Frons hilaris magna,carnosa,lenis,Oculi in motu tardi, vox blanda.

18. *Misericordis.*

Pulchri, albi coloris Oculi, pingves, ribundi, Nares sursum distantes, Supercilia in rectum extensa, Frons longa.

19. *Providi & Soliciti.*

Facies macilenta, Oculi aperti, humidi, non conniventes,placidè intuentes.

20. *Laboriosi.*

Facies ossea,

XXXVII.

SIGNA

*Vitiis infectorum.*

*1. Improbi.*

Facies deformis, Aures longæ & angustæ, Os parvum, exterius protensum. Dentes canini, longi, exserti & firmi. Loquela velox, vox gracilis & è naribus sonans vel difficilis. Collum incurvum, Gibbosus sedigitus, Tibiæ valdè graciles. Pedes incurvi, infra concavi, Oculi conjunctim se moventes, splendentes, nigri, vibrantes tanquam salientes, non conniventes, pallidi, subrubri, sicci.

*2. Injusti.*

Oculi glauci, ficciores, vel stantes, subruffi, ingentes & infra spectantes, vel vibrantes, turbidi: vel sese claudentes, splendentes, vel ribundi & minaci aspectu fixi.

*3. Homicidæ, Intoxicatoris.*

Oculi prominentes, sicci Inæquales pupillarum Orbes, circa pupillam currentes. Labia exilia inferiora, ad caninos dentes tumentia. Supercilia pilosa & conjuncta.

*4. Infidelis.*

Caput valde parvum. Dorsum imbecille. Frons aspera, monticulis & fossiculis plena. Humeri sursum elevati. Manus angustæ & graciles. Oculi cavi, exigui, sicci vel obscuri; & aridi, se moventes, acuti visus.

*5. Imprudentis, Insipientis.*

Frons convexa alta. Anhelitus gravissimus. Manuum digiti præmutili crassique Velociter incedunt, suspenso corpore & vultu sublimi. Carnibus sicci: Oculi prominentes, parvi & igniti vel tenebricosi, rubri, sangvinei, trementes, infra spe-

ſpectantes, vel ſtantes, & ſupercilia elevantes & ſuſpirantes. Labra craſſa. Loquela difficilis. Facies carnoſa. Collum erectum. Nares obſtructæ.

6. *Rudis, Hebetis, Inſenſati, Indocilis.*

Quæ circa collum & brachia carnoſa. Capitis occiput rotundum. Frons magna, carnoſa, rotunda vel alta. Oculi pallidi. Crura circa talos craſſa rotunda. Maxillæ magnæ & carnoſæ, Lumbi carnoſi, Collum pingve. Facies carnoſa, ſatis magna. Venter porrectus, Caput vel nimis magnum vel nimis parvum. Sinciput cavum. Naſi imum à ſummo craſſum. Vngves curvi & anguſti. Oculi tardè ſe moventes: Aures rotundæ, vel parvæ, & arrectæ. Os valde exſertum. Labia craſſa & rotunda vel inferius labium prominens. Collum craſſum & pingve, molle immobile. Humeri elevati, Pectus carnoſum. Manus magnæ & duræ. Digiti plus nimio longi exileſque. Vngves carnoſi. Tobiæ & calcanea craſſa.

7. *Stulti.*

Frons lata & magna. Aures magnæ & arrectæ. Color flammeus, Genæ contractæ in triſti vultu. Superius labium craſſius, inferiori propendens. Lingva velox. Riſus multus. Vox cum clangore acuta. Collum erectum vel ind natum. Manus valdè breves, Humeri piloſi. Oculi retorti ad dextram. Latæ oculorum pupillæ.

8. *Dementis.*

Os ex ſertum. Pupillæ oculi prominentes vel concavi.

9. *Obliviosi.*

Superia majora.

10. *Temerarii.*

Os magnum & exſertum Digiti breves & craſſi. Oculi ſplendentes, torvè aſpicientes cum ſuperciliis obliquis & palpebris duris atque concretis.

11. *Superbi.*

Venter magnus, carnoſus & propendens Greſſu tardo ambulantes, ſpontè morantes & monentes in viis, circumcirca adſpicientes. Oculi obſcuri aridi.

12. *Timidi, Puſillanimis.*

Oblongus, Mollipilus, Corpore inclinatus, Corporis imbecillia extrema, & crura gracilia: Manus ſubtiles & longæ. Lumbi parvi & imbecilles. Collum longum. Reſpiratio debilis vel tumultuoſa. Occiput cavum. Capilli recti vel criſpi, molles & plani, colore vel nigri vel albi. Facies parva, ſubpallida, nigra vel alba vel ſublivida. Labia exilia in ore parvo. Pectus carnoſum vel omnino macerum & glabium. Vox remiſſa vel tremula Loquela vehemens, acuta vel debilis, vel è naribus efflata. Humeri imbecilles. Vlnæ & brachia brevia. Tibiæ graciles. Digiti conſpecti. Oculi diſcolorati, vel cæſii albicantes, vel valdè nigri, conniventes, imbecilles, qui palpebrizant. Frons circularis magna. Velociter incedit.

13. *Glorioſi.*

Oculi ſalientes grandes. Supercilia arcuata, & quæ frequenter elevantur. Tardè gradiens & ſpontè morans in viis & circumcirca aſpiciens. Incedens altâ cervice rectus, humeros ſubmovens. Digiti longi, graciles.

14. *Ava-*

14. *Avari, Lucricupidi.*

Membris & oculis parvis. Facie exigua. Veloci incessu. Dorso recurvo. Acuta debili & flebili voce, & acuti clangoris. Colore parvum rubore perfuso. Humeri ad pectus contracti.

15. *Illiberalis.*

Celeri gressu. Digiti contracti. Oculi valdè parvi, vel albicantes, cæsii cum parvis pupillis.

16. *Parci, Tenacis.*

Collum incurvum ante. Humeri ad pectus contracti Oculi obscuri, humidi. Supercilia incurvata deorsum, & intuitus quasi furtivus.

17. *Iracundi.*

Subrufus, Extrema magna & robusta. Barba, densa. Facies rotunda. Humeri lati. Nares concavæ. Tempora tumentia, venosa, Nasi imum acutum. Color carnis mellinus. Dentes recti acuti. Vox gravis, magna & perplexa, vel acuta & intensa. Collum crassum, sangvineis venis refertum. Pectus macrum, flammei coloris. Ambidexter. Lingva titubans, velox. Guttur asperum, & ejus vertebra prominens. Digitos jactans inter loquendum. Oculi torvè aspicientes, sicci, ardentes, sangvinei, supercilia elevata, vel ad nasum inflexa. Caput valdè parvum. Narves patulæ. Spiritus fortis, velox. Vultus nunc rubore suffusus, nunc albescens pallore.

18. *Stolidi.*

Capilli recti. Frons parva. Supercilia ad nasum inflexa Facies magna Aures valdè parvæ. Labia crassa. Os valdè dissectum. Dentes continuati. Vox balans, aspera, acuta & clamosa.

Loquela velox, & gracilis, vel gravis & debilis: Collum crassum & pingve. Venter carnosus magnus & pendens. Oculi vibrantes magni, vel non conniventes, pallidi, aut subrubri, sicci sursumque euntes.

19. *Intemperatis.*

Os cavum. Lumbi acuti. Venter magnus, mollis & propendens. Tali valdè graciles. Oculi caliginosi.

20. *Luxoriosi.*

Albicolor calvus vel Hirsutus. Capilli recti, rari crassi & nigri. Lumbi femora, Tibiæ, Tempora, manus, labia, venter, pectus, pilosa. Oculi pingves lascivi, concavi, palpebræ perpetuo mobiles. Crura hirsuta, subtilia. Aures valdè parvæ. Nasus incavus ante frontem rotundus & supereminens, vel simius. Vngves valdè rotundi. Claudus.

21. *Edacis.*

Color mellinus in facie. Os valde dissectum! Dentes acuti, longi, exserti. Gutturis vertebra prominens: Loquela gravis & debilis: Collum pingve: Manus graciles & tortuosæ. Oculi obscuri, circumcirca se moventes, vel vibrantes, magni.

22. *Bibacis.*

Facies parva, crocea, Carnosæ genæ rubræ, spiritus fortis, velox, Guttur asperum, vertebra prominens: Oculi magni subrubri, humidi.

23. *Somnolenti.*

Qui habet superiora majora. Capus plus nimio

mio tumens. Oculi eminentes, Venæ in brachio graciles, & angustæ.

24. *Pigri.*

Frons magna. Facies carnosa & magna, ejus color mellinus. Nasi imum crassum. Genæ spissæ. Loquela brevis. Lingva tarda. Corpus densis pilis pilosum. Longus & tardus incessus, vel brevis & tardus, Oculi valdè magni, tardè mobiles.

25 *Suspiciosi.*

Vox dulcis vel debilis & flebilis. Gutturis vertebra prominens. Oculi splendentes, fulvis.

26. *Simulatoris.*

Facies pingvis. Vox remissa, incessus versatilis, Supercilia ad tempora inflexa, Oculi splendentes rugosi.

27. *Mendacis.*

Facies carnosa. Nasus in medio latus. Bucca risibilis. Loquela velox, & gracilis, vel è naribus efflata. Gibbosus, Supercilia, inclinata dorsum, & intuentur quasi latenter.

28. *Adulatoris.*

Facies & oculi parvi. Frons serena.

29. *Pertinacis.*

Caput satis protensum. Frons alta. Nares patulæ. Collum immobile, crassum & longum.

30 *Litigiosi.*

Frons lenis. Facies plana.

31. *Importuni.*

Facies carnosa. Lingva velox.

32. *Invidi.*

Qui finiſtra dextris majora habet. Quibus ſupercilia ad genas dimittuntur. Facies cui plana, ſublivida Aures oblongæ & anguſtæ. Genæ graciles. Os cavum. Dentes longi, acuti, rari, fortes. Loquela acuta, & debilis. Oculi cavi.

33. *Impii.*

Tempora cava. Supercilia conjuncta, piloſa; Oris vaſta ſectio. Dentes longi acuti, rari, fortes. Oculi concavi, parvi vel magni, & micantes, palpebris apertis.

34. *Injurii.*

Superius labium elevatum. Collum erectum. Cervix craſſa, vertebra ſupereminens. Facies oblonga. Loquela gravis & debilis. Tardus inceſſus, hærens in via, & circumcirca aſpiciens.

35. *Garruli.*

Anhelans. Piloſus circa ventrem Forma faciei pulchra, mellina. Aures magnæ, arrectæ. Naſus rectus. Genæ oblongæ. Mentum oblongum. Guttur aſperum. Manus graciles & tortuoſæ. Digiti longi & graciles.

36. *Clamoſi.*

Superius labium & gingivæ prominentes.

37. *Præcipitis.*

Corpore & capite parvi. Capillorum color flavus, rubens. Lingva velox. Ambulantes celeri greſſu. Oculi ſplendentes. cæſii, ſangvinei.

❧(o)❧

38. *De hominis Cholerici indiciis.*

Tria sunt, in corpore humano, quę arguunt biliosã & Cholericã cõplexionẽ; scilicet,

- Color.
  - Auriũ, Cutis, Ferrugineus & fuscus. Niger.
  - Faciei, Niger instar corvi: & quo nigrius est caput, eò invensiorem Choleram denotat
  - Capitis, Cujus capilli sunt crispi, denotant Choleram in quarto gradu.
  - Oculorũ, niger cum multitudine albedinis in aspectu ut plurimũ.
  - Frontis, ad nigredinem vergens.
  - Barbæ, niger.
  - Corporis universi ferrugineus & fuscus.
  - Lingvæ, ferrugineus aut citrinus.
  - Vrinæ & stercoris, citrinus.
- Figura habens
  - Frontem remissam &c.
  - Faciem macilentam & tenuem.
  - Nasum directum & aduncum.
  - Os rotundum.
  - Labia larga.
  - Genas macras & duras.
  - Brachia tenula & gracilia.
  - Manus subtiles & tenues.
  - Digitos longos.
  - Cutem duram per universum corpus.
- Staturæ: Nã semper hæc complexio comitatur habitũ corporis tenuem, & proportionem ut plurimum mediocrem.

Multum appetuit Venerem, & luxuriæ sunt dediti, ratione caliditatis; sed ob siccitatis præsentiam, parum efficiunt.

Apti sunt seminandis discordiis.

Ebriosi & compotatores esse solent, & subito ebrietate capiuntur, in qua submersi sunt ferocis & furibundi instar Leonum & quidem sine ullo modo.

Semper occupantur aut negotiantur in re una vel alia.

Cholericorum qualitates animi

Sunt malidici & malefici, ovantes & jactatores.

Facilè sese periculo vitæ exponunt pro re levi & nullius ferè momenti, & in ira sua sunt instar hominum, rabie aut furorum correptorum.

Gubernari & frænari solent à fœminis; quas vehementer amant.

Parum comedunt, & non multum dormiunt.

Vocem habent altam & exertam ut tubæ clangor.

In omnib suo regimine subitanei sunt & ferventes ac velores.

Per societatem mulierum magno damno efficiuntur & quasi occæcantur.

Est

*Est autem & alia adhuc Cholera, quæ dicitur rubea.*

Atq; hujusmodi Cholerici sunt.

- Colore;
  - Facie pallidi, uti Phlegmatici.
  - Cute, ut plurimum pulchri & lentiginosi.
  - Capillis rubri, tam in capite & palpebris, quam alibi.
- Qualitate.
  - Luxuriosi, & quidem insatiabiliter ita ut nunquam sint contenti.
  - Phlegmaticis naturâ similes; præterquam, quod luxuria abundant; Quare caveas ne talibus fidem habeas: Nam in re Venerea sunt omnium pessimi.
  - In trinsecus, Verulenti ut bufo: Vnde in cute habent maculas seu lentigines uti serpentes; & proinde pejores sunt, quam Cholerici antea descripti.
  - Tales si caput rubium habeant & barbam nigram, miraculum, si ulla bona actio in illis inveniatur: Nam hujusmodi complexio miscetur ex cholera rubra & nigra, hoc est, ex melancholia & cholera adusta.

## 39. *De Complexione Sangvinea.*

**Tria arguunt, Complexionem *Sāgvineam*, scilicet;**

- **Color: nam in sangvineis**
  - Facies rubicūda, rosacea, & pulchra cum albedine mixta est.
  - Labia sunt rubra aut rosacea.
  - Capilli sunt in sangvineo
    - Albo-flavi ut plurimum
    - Nigro fusti.
  - Frons & barba sunt unius coloris aures sunt rubicundæ.
  - Oculi sunt in sangvineo.
    - Albo-cærulei, seu glauci
    - Nigro fusci.
  - Vngves sunt rubri cum sangvinis plenitudine.
  - Lingva est rubra.
  - Vrina & stercora sunt aurei coloris.
  - Frons larga & obliqua seu convexa.
- **Figura: nā in sangvineis.**
  - Genæ rotundæ, seu pingves.
  - Nasus, directus.
  - Labia densa.
  - Aspectus modestus.
  - Dentes albi, æquales & benè ordinati.
  - Collum pingve.
  - Cutis crispa & mollis.
  - Cōpositio pingvis, adipe repleta & corpulēta, ac carne refertissima: qua re arguit corp⁹ densū.
  - Brachia & tibiæ pingves.
  - Manus & reliquæ membra satis crassa & compacta.
  - Pedes pingves & non longi.
  - Vngves sangvine suffusi.
- **Statura:** ut plurimum satis procera & habitus robustus.

Ra-

Homines Sangvineæ Complexionis, quo ad animi qualitates.

Ratione caloris, multum appetunt actiones Venereas, & propter humiditatem potestas voluntati respondet: Imo vero in actu procreationis, superat hæc ipsa, complexiones cæteras.

Bene sunt dispositi ad res omnes, & luxuriâ facilè vincuntur.

Ventris sunt amatores, convivia diligunt, hilarem societatem eligunt, omnibus deliciis delectantur, & in risu saltationibus seu choreis & musica versantur: Quare hilares sunt & curas à se abigunt & exulare jubent.

Humani sunt, in conditione benevoli.

Alvum habent ut plurimum laxã.

Copia rerũ omnium ut plurimum abundant, & fœcũdi sunt in liberis.

Vocem habent claram & sonoram.

Statum mutant si sint sangvinei.
- Albi facilè seu citò.
- Fusci, tarde seu difficilè.

Si clavi sunt, quo calidiores eò sapientiores.

Si labia densa & spissa habent, magis sunt mansveti & benigni.

Nota, quod in sangvineo nigro fit.

Colore.
- Facies fusca.
- Genæ rubicundæ.
- Capilli nigri in capite & palpebris.

Habitus corporis pingvis & corpulentus ut sangvineo in albo supra dictum est.

40. *De Complexione Phlegmatica.*

In cōplexione *phlegmatica* considerātur tria, scilicet,

Color, nam sūt ei.
- Facies pallida, alba.
- Capilli subflavi aut albicantes, molles & tenues.
- Palpe bravium pili, ad flavedinem vergentes.
- Barbæ pili, subflavi aut eburnei
- Labia pallida.
- Cutis alba & crispa per universum corpus.
- Oculi glauci & grisci seu cinerei
- Lingva pallida.
- Excrementa pallida.
- Vrina pallida & spissa.

Figuræ, nā.
- Facies ad pingvedinem vergēs sed non tam pingvis ut in sangvineo.
- Vultus sobrius & modestus.
- Habitus corporis non multum corporeus.
- Capilli & pili corporis, molles & tenues.
- Nasus magis curtus, quam sangvineo, & ut plurimum acutus in parte anteriori, & largus in posteriori.
- Labia densa.
- Collum densum & pingve.
- Brachia & man⁹ uti sangvineo.
- Oculi & caput ut plurimum morbis subjecta.
- Halitus seu respiratio dulcis.
- Manus & ungves pulchri & benè compositi.

Staura:
- Vt plurimum homines parvæ staturæ.
- Personæ benè compositæ & bonæ constitutionis.

So-

Solent esse conditione satis liberales ac largi.
Facilè irascuntur & cito peccatum condonant.
Mutabiles sunt in omnibus operibus suis.
Non sapientes, quatenus prodigaliter omnibus dant, nec in secreto tenere aut occultare possunt cõsilia sive arcana, quando commoventur iracundia.
Temperati sunt, nec diu manentes in uno loco, nec cũ servis diu quieti.
Rebus noviter inventis benè delectantur.
Multum dormiunt.
Multas cogitationes cerebro suo volunt.
Quod faciunt, leviter & subito faciunt.
Quod habẽt, diu servare nõ posſũt.
Multum laborant pro aliis.
Cõpassionis & misericordiæ magnæ sunt, & contemplationis bonæ.
Lunam habent pro sua Domina:
Vnde fit, ut sine in omnibus operibus suis Lunatici.
Citò gaudent hilaresque sunt & cito post læticiam contristantur.
Ingenii melioris sunt in casu subitaneo, quam præmeditato
Quo tenuiora habent labia, eo proniores sunt ad iram.
Non sunt ita mansveti & benigni ut sangvinei
Natura frigidi sunt, & humidi: Vnde multum possunt in Venere, sed parum volunt.

Quod attinet ad animæ qualitates, *Phlegmatici.*

41. *De complexione Melancholica.*

In cōplexione *Melācholica* cōsiderātur tria, ſcilicet:

Color.
- Faciei & totius corporis, lividius & plumbeus.
- Capillorum, eburneus, niger, & citò canefcens.
- Oculorum, ſubflavus & quidem apertè proſpicientium.
- Latiorum & naſi pallidus & mali habitus.
- Lingvæ, plumbeus.
- Excrementorum, plumbeus.
- Vrinæ, albus & tenuis quidem.

Figura: Nā hujus modi homines habēt.
- Iuncturas magnas per univerſum corpus.
- Oſſa magna.
- Faciem largam cum cute, magnorū granorum, inſtar pellis bovinæ.
- Capillos multos & duros.
- Aures grandes & pendentes.
- Frontem rugoſam & dependentē.
- Pilos multos in palpebris, qui deorſum ſuper oculos inſtar tecti prominent.
- Oculos apertè reſpicientes, profundos.
- Naſum magnum.
- Labia magna.
- Dentes magnos inſtar dentiū equinorum.
- Os magnum: Vnde & valdè ſunt edaces.
- Collum inſtar corii.
- Magnas manus.
- Pedes magnos magnarum juncturarum.
- Tibias longas.
- Genua magna nervis veniſq; repleta.
- Corp9 valde nervosū & venosū ſed extenuatū longi9, pallidū & ferè lāgvidū & fœtidum inſtar hirci, tēpore calido.

Statura: nā talis ſunt.
- Statura largi.
- Iuncturis magni, toto corpore.
- Offibus grandes.
- Macilenti & nō corpulenti.

Eſt

Eſt frigidus, ſiccus & terreus.
Res venereas parũ appetit, propter ſuã frigiditatem & parum etiam in ea poteſt, propter ſuam ſiccitatem: Vnde & ſterilior eſt, cæteris omnibus.
Citò alterat naturam ſuam.
Nunquam aut rariſſimè hilaris eſt.
Bonus compotator & commeſtor eſt.
Nonnunquam multũ appetit luxuriã, ſed parum præſtare poteſt; quo quidẽ caſu de Marte aliquid participat.
De lotypia qualibet facile accenditur.
Triſtis eſt, & laborioſus ac ſordidus & vilis ſi Satur. ſit infelix.

*Quod ad animæ qualitates attinet Melancholicus.*

Non multum dormit.
Homo mundanus eſt, & bonâ conſcientiâ deſtitutus.
Deceptor inſignis, qui omnib⁹ ſolet imponere.
Nemini fidem adhibere ſolet, ſed valde eſt ſuſpicax.
Quod habet de proprio, illud firmiter tenet.
Rabidè iracundus eſt, & quidem ſubito: ac pro re parvi pretii ac tardus in peccati remiſſione aut iræ dimiſſione.
Omnibus eſt ingenioſor.
Nunquam diu cum uxore quietus eſt.
In actionibus & operib⁹ ſuis tardus eſt.
Corde timidus & ſuperbia inflatus eſt.
Omnes ſuperat in conſilio & gubernatione hominum vel Reipub.
Gaudet poſſeſſione rerum terrenarum.
Facile affligitur cœcitate.
Saturnum ſemper habet dominum & ultimus hujus complexionis finis ut plurimum eſt malus.

42. Si-

42. *Signa corporis ſani, & benè temperati.*

Corpora temperata & ſana benè comedunt, bibunt, digerunt & diſponunt, famem & ſitim horis convenientibus ſentiunt, placidè dormiunt, leviter ſentiunt, cito ſudant raro vel nunquam ſternutãt, mediocriter impingvantur, faciẽ habent benè coloratam, pedes valẽtes, ſæpè obambulantes tactum calidum. Mentem integram; eis ineſt facilis anhelitus pulſum bonitas, virium robur, venter, & hypochondria non dura, alvi excrementa æqualiá, compacta, & coloris aurei; urina ſubflava cum hypoſtaſi alba, æquali continua: ſputum album, non fœtens, quod facile expuitur.

43. *Signa corporis ægri & diſtemperati.*

Corpora malè affecta nec benè comedere, nec ſufficienter bibere norunt, difficulter cibum digerunt, non benè ſapiunt, competentibus horis nec famem nec ſitim ſentiunt, aut ãnte conſtitum tẽpus eſuriunt & ſitiunt, cum triſtitia perpetua conflictantur inquiete & turbulenter dormiunt; inſomniis gravibus & horrendis laborant, difficulter incedunt, ægrè ſudant, ſæpius oſcitant ſternutant & pandiculantur, facie vel pallida vel nimis colorata ſunt præditi, facilimè defatigantur, nequeunt laborem diu ſufferre, ſunt oblivioſi, multum ſpuunt, nares mucore affluunt, oculi lachrymantur, pedes & manus officium ſuum lentè præſtare queunt. Sangvis impurus in venæ ſectione apparens, urina malè colorata excrementa alvi dura viſioſa ſangvinea, vomitus tumor pedum & manuum, oculi caligantes, aurium tinnitus, ventris crebri flatus & murmur inteſtinorum.

44. *Signa lethalia in ægris ſunt.*

Virium proſternatio, pulſus mal9, debilis, inordina-

dina-

dinatus, & inæqualis mentes inconſtantia, anhelitus difficilis, difficilis tolerantia, inquietudo, facies tornatilis, naſus acutus, oculi concavi, tempora collapſa, aures pendentes, cutis faciei tenſa, oculi lumen effugientes, lachrymæ involuntariæ: colligere paleas, vel feſtucas: ſomnus in ſenibus ſuperfluus: juvenibus vigiliæ ſuperfluæ; appetentia proſtrata: oculi rubri venæ nigræ, aut obſcuræ: color faciei viridis, vel obſcurus: inferius labrum agitatum: digiti, ungves obſcuri, vel virides: frigiditas extremorum: fudores frigidi: alvi excrementa nigra, viridia, fœtidia: vel alba liquida: urina nigra, vel livida, vel aquoſa in pueris.

## Finis Prognoſtici Apodemici Phyſiognomici.



# Tertium
# PROGNOSTICON
Apodemicum Perpetuum,
*idque*
# CHIROMANTICUM,
In Duas Partes distinctum.



[ I-

SY-

...strâ.

PI

...cularis.

# SYNOPSIS PRIMÆ PARTIS CHIROMANTIÆ.


I. De Linea Vitæ.
II. De Linea Martis ſeu Sorore Vitali.
III. De Media Naturali, Hepatica.
IV. De Linea Menſali.
V. De Menſa
VI. De L. Capitali.
VII. De Triangulo.
VIII. De Via Lactea.
IX. De Linea Solari.
X. De Cingulo Veneris.
XI. De Raſcetta & Reſtricta.
XII. De Monte Pollicis.
XIII. De Monte Indicis.
XIV. De Monte Medii digiti.
XV. De Monte Annularis.
XVI. De Monte Auricularis.
XVII. De Monte Lunæ.
XVIII. De Monte Martis.
XIX. De Iuncturis Pollicis.
XX. De Iuncturis Indicis.
XXI. De Iuncturis Medii digiti.
XXII. De juncturis Annularis.
XXIII. De juncturis Auricularis.

SY-

# SYNOPSIS ALTERIUS PARTIS CHIROMANTIÆ.

I. Adulator.
II. Affabilis, Humanus.
III. Audax, Animoſus.
IV. Avarus, Tenax, Parcus.
V. Carcer.
VI. Caſtitas, Virginitas, Verecundia.
VII. Conjugium, Nuptiæ, Yxor.
VIII. Dignitates, Honores.
IX. Divitiæ.
X. Felicitas, Fortuna.
XI. Fur, Infidelis.
XII. Hæreditas.
XIII. Homicidia.
XIV. Infelicitas, Infortunium.
XV. Ingenioſus, Prudens, Eliquens.
XVI. Inimici, Invidi.
XVII. Iracundus.
XVIII. Iuſtus, Fidelis.
XIX. Liberalis, Prodigus.
XX. Liberi.
XXI. Luxurioſus.
XXII. Loquax.
XXIII. Mendax.
XXIV. Malus.
XXV. Morbus.

XXVI.



Line-

Rascetta aliter { Restricta. Carpus. Cauda Draconis. Linea discriminalis.

*E Lineis minus principalibus.*

Linea Saturnina aliis dicitur { Saturni cingulum. L. Fortunæ, Prosperitatis. Viæ combusta.

Soror vitalis aliàs Linea Martis.

Linea Solaris vel { Via Solis. Prior soror mensalis. Linea Magisterii. Lucri. Famæ.

Via lactea appellatur quoque { Soror Cephalicæ sive Capitalis. Via lasciva. Secunda soror mensalis.

Cingulus Veneris nominatur etiam { L. Hemicydii. L. Amoris, libidinis. L. Castitatis, Virginitatis.

Triangulus aliàs { Cavea Martis. Tuberculum Martis. Cavitas manus.

Hypothenar sive { Percussio manus. Scissio manus. Feriens. Extremitas volæ.

Thenar aliàs Ir.

Mons { Monticulus.
Collis, Colliculus.
Tuberculum. }

Mons Pollicis dicitur Stethos,

Extremitates digitorum ab aliis dicuntur Acini, ab aliis, Azyni.

Iuncturæ vocantur etiam { Articuli.
Condyli. }

## *De Sedibus Iudiciorum.*

*Ex Linea Vitæ judicatur.*

De vita vel longa vel brevi, de vitæ periculis, de sanitate, morbis, mortis genere, de Temperamento, de Honoribus, Divitiis, Ingenio, Prudentia, Stultitia, Ira, Homicidio, Peregrinatione.

*Ex Linea Naturali.*

judicatur de

Liberalitate, Tenacitate, Fidelitate, Infidelitate, vita vel longa vel brevi, vitæ periculis, Sanitate, morbis, Temperamento, Prudentia, Ingenio, Timore, Inimicitia, Homicidiis, Invidia.

*Ex Triangulo.*

De Liberalitate, Fidelitate & quæ his sunt contraria. De Itineribus, morte violenta.

*Ex Mensali.*

De Temporam: Vitæ peric. vuln. dignitate, fortunis & infort. Ira, Venere, morte viol.

*Ex Mensa.*

De Liberal. Tenacitate, vita brevi. Honoribus, Divitiis, Fidel &c.

Ex

De Sanitate, Morbis, vitæque periculis.

*Ex L. Saturnina.*

De Sanit. Morb. Fortunis, Infort. Carcere.

*Ex via Lactea.*

De Sanit. Morb. Fort. Ingen. Prud. Invid, Inimic. Itineribus.

*Ex Cingulo Veneris.*

De Virginitate, Castitate, Salacitate.

*Ex Sorore Vitali.*

De amoribus & libidine.

*Ex Kascetta.*

De Divitiis, Paupert. Felic. Infel. Itineribus.

*Ex Monte Veneris.*

De Temperam: venereis cupiditatibus morte violenta.

*Ex Monte Iovis.*

De Honoribus, Divitiis, & quæ his sunt contraria.

*Ex Monte Saturni.*

De Fortunis, Infortuniis, vulnerib. Carcere.

*Ex Monte Solis.*

De Felicitate & Infelic.

*Ex Monte Mercurii.*

De virginitate, castitate, libidine, conjugio.

*Ex Montibus Lunæ & Martis.*

De Itineribus.

*Ex Juncturis Digitorum.*

De vitæ periculis, Prudentia, Imprud. Fidel. Infid. Divit. Paupert. Vxoribus, Ingenio, Vulneribus, Morte violenta &c.

*Cautela in Iudicio ferendo.*

1. Cum homine illo prius confabulandum, illius ſermones, mores, geſtus & temperamentum obſervandum.
2. Inſpectio fiat utriuſque manus per duas vel tres horas, in lucido, nec tamen radiis ſolaribus expoſito loco, jejuno, ſobrio ac quieto corpore, nec nimis calidis nec nimis frigidis manibus, iis tamen calidâ aquâ ablutis.
3. Manus utraque in charta delineanda.
4. Removendus omnis affectus, adulatio vel odium erga judicandum.
5. Reſpectus habendus Nationis, Patriæ, Sexus, ætatis, conditionis, educationis, parentum.
6. Nec ex uno ſigno quicquam temerè affirmandum, ſed ex collatione plurium.
7. Si ſigna quædam ſibi contrariantur, cohibendum eſt judicium.
8. Ex ea manu potiſſimum judicium ferendum, quæ evidentioribus lineis gaudet. Alii in maſculis, vel de die natis, dextram: fœmellis verò, vel de nocte natis, ſiniſtram præferendam eſſe, cenſent.
9. In bono præſagio uſurpanda eſt vocula *ſpei*, in malo præviſo, adhibendum eſt vocabulum *metus*.
10. Significandum talia judicia non eſſe infallibilis veritatis & neceſſitatis, ſed tantum veriſimilis probabilitatis.


## *Manus explicatio.*

MAnus in quinque *digitos* divisa est. Primus Digitus dicitur *Pollex*: Secundus *Index*: Tertius, qui longissimus, est *Medius*: Quartus *Annularis* sive *Medicus*: Quintus verò *Auricularis*. Cujusque Digiti extremitates supernæ dicuntur *Acini*. *Radix* est finis montis, circa quem digitus volæ annectitur. Quilibet etiam Digitus in tres *Juncturas* divisus est præter Pollicem, qui duabus tantum gaudet. *Prima junctura* est in radice Digiti: *Secunda* in medio Digiti: *Tertia* in extremitate sive acino Digiti. Sub radicibus & primis juncturis Digitorum reperiuntur Planetarum *Montes*, qui etiam *Tubercula* vel *Colliculi* dicuntur. *Mons* sive Tuberculum *Veneris* est in radice Pollicis. *Mons Iovis* hæret in radice Indicis. *Mons Saturni* in radice digiti Medii. *Mons Solis* in radice Annularis. *Mons Mercurii* in radice Auricularis. *Mons* autem *Martis* in fovea Trianguli sedem habet. *Mons* insuper *Lunæ* Hypothenar occupat. Manus planities interior dicitur *Palma*. Medium sive concavum manus dicitur *Vola*. Manus compressa & complicata appellatur *Pugnus*. Spacium inter Pollicem & Indicem vocatur θέναρ, Latinis *Ir*. Cui opponitur altera extremitas manus, qua aliquid percutimus, ea appellatur *Hypothenar*, seu *Percussio*. *Palma* manus multas habet Lineas: quarum ultima ad finem seu carpum Brachii. *Rascetta & Restri-*

*tta* nominatur. Illa verò quæ à Rascetta Pollicem ambit, & ad Thenar ascendit *Linea vitæ, vitalis seu cordis* appellatur: & hæc *Lineam Martis seu Sororem vitalis* plerunque adjunctam habet versus montem Veneris. Ea Linea quæ totam volam in duas medietates fere æquales dividit, & à Restricta versus digitum Medium ascendit, est *Linea Saturnina* vel dextra Trianguli. Quæ à Rascetta & Saturnina ad digitum minimum sive Auricularem protenditur est *Linea Capitis*, *Cephalica*, (quam tamen *Goclenius* Lineam *Hepatis* esse vult. Ea linea, quæ per transversum manus à Thenar usque ad percussionem excurrit est *Hepatica*, seu *Media Naturalis* (hanc Goclenius *Capitalem*) nominat) Supra istam Lineam Naturalem est alia oblonga, à monte Iov. ad Hypothenar ducta, quæ dicitur *Mensalis*. Spacium inter Lineæ Saturninæ & L. Capitis superiorem partem & inter L. Mensalem, vocatur *Mensa*. Spacium inferius inter duas dictas lineas Capitis & Saturni, vocatur *Triangulum*, cujus superior pars, sive basis tegitur & clauditur per Lineam Hepaticam. Linea à Rascetta juxta lineam Capitis versus sinistram ad percussionem manus excurrens est *Via lactea*. Linea ab Annulari ad Mensalem protensa est *L. solaris*. Ea quæ incurvata inter auricularem & annularem digitos per Solarem Lineam excurrit versus medium & indicem ac quasi semicirculum constituit, est *Cingulum Veneris*.

(o)

PRI-



# PRIMA PARS CHIROMANTIÆ,

## *Explicans Affectiones singularum linearum, earumque Significationes.*

### I.
### *De Linea Vitæ.*

LInea hæc Vitalis indicat, quam longa vel quam brevis vita hominis cujusvis sit futura: hinc non datur homo, qui hac lineâ careat; imo nec vivere quispiam, absque hac linea, potest: quamvis etiam absentia aliûs principalis lineæ singularem enormitatem in homine causetur.

Si hæc linea *integra, non fracta, longa, montem pollicis ambiens, evidens, profunda, vivo colore tincta, absque incisuris aut punctis* conspecta fuerit; vitam longam absque morbis, bonumque temperamentum innuit.

Si verò hæc linea fuerit *fracta, discontinua, intersecta ab aliis intercurrentibus lineolis, si divulsa aut rupta* morbum lethalem, vel summum vitæ discrimen homini illi apportabit, eo anno, in quem juxta subsequentis *Schematis*, vitalis lineæ, per dena,

divisionem, & circini commensurationem, ruptura ea inciderit.

1. Colloca pedem alterum circini in medium radicis indicis digiti; alterum autem pedem extendas usque ad medium radicis annularis: quem ergo locum in Linea vitæ hic ductus attigerit, is primos 10 annos, hominis illius, indicat: & si ibi Vitalis habuerit rupturam, tum eodem anno de vita ille homo periclitabitur: Si verò intersectio sive incisura paulo supra locum commensuratum apparuerit, tunc malum illud ante annum 10. si infra, post 10. sed ante 20. eveniet.

Ita sub medio radicis indicis, permanente semper pede circini altero fixo, vertatur alter pes inter annularem & auricularem usque ad eandem vitalem: ubi attacta fuerit hæc vitalis, ibi 20. annus locum habet.

Porro promovendus est alter pes circini ad medium radicis auricularis, & 30. annus ostendetur. Ponatur insuper pes circini ad finem minimi digiti, & 40. annus apparebit.


Extendatur post hæc pes circini plane in medium inter radicem Auricularis & principium Mensalis, & 50. denotabitur annus.


Tandem ponatur pes circini ad principium Mensalis & 60. exhibebitur annus.

Si verò post hunc terminum Linea vitæ se ulterius protenderit, non amplius per decennia, sed quinquennia est procedendum. Alii totam hanc lineam in 80. particulas per puncta dividunt, & in quam particulam ruptura illa inciderit, ea indicabit annum homini fatalem. Et hæc omnia quo accuratius commensurantur, eo exactius coincidunt.

**Linea Vitalis** *brevis*, *lineolis intercisa*, homi-

mi-


10
20
30
40
50
60
70
80



minem brevioris vitæ, infirmæ valetudinis, & infelicem arguit.

Nimis *profunda, crassa, rubris puncturis*, invidum, bellicosum, sangvinarium, astutum, garrulum, malitiosum, jactabundum notat.

*Gracilis*, debilem.

*Versus Naturalem tortuosa*, malitiosum hominem.

*Ramos extendens sursum, versus mediam naturalem*, honores, divitias, & felices peregrinationes significat.

*Rami illius descendentes versus rascettam*, paupertatem & suorum infidelitatem notant.

*Multæ intisuræ & tortuosæ resectiones*, valetudinarium & infelicem indicant.

*Bifurcata in angulo supremo*, stultum, erronem.

*Bifurcata in angulo extremo*, Inconstantem arguit.

*Interfecta hæc linea à Martis tuberculo*; portendit febres ardentes, apoplexiam, & in peregrinando periculum à latronibus.

*Crux super vitalem, & angulum superiorem*, honores utiles arguit.

*Crux vitalis lineæ in manu mulieris, ad angulum superiorem, versus indicem apparens*; mulierem libidinosam innuit.

Si vero *Crux illa tantum parva, & in dextra fuerit*, mulier illa ob scelera publicè supplicio afficietur.

*Crux in medio vitalis*, amissionem officii, opum, & exilium minatur.

*Crux in vitali manus Virilis, juxta angulum inferiorem & ad rascettam*, vulnera, & capitis dolores, vel alios siccos & calidos morbos producit.

*Circulus in Linea Vitæ*, ophthalmiam, aut oculi

damnum, aut mortis periculum ex veneno vel aquâ indicat.

*Lineæ prodeuntes à monte Pollicis, vitalem intersecantes*, vulnera capitis vel alium morbum, ab extrinſeco venientem, indicat.

*Puncta parva in vitali*, venereum, ſcortatorem, rixoſum, vel homicidam notant, vel ad minimum melancholicum.

*Vitalis, à naturali longe ſeparata, nullis intercurrentibus lineolis*, avarum, tyrannum; ideoque nefandæ mortis hominem oſtendit.

*Stellæ in principio vitalis, verſus pollicem*, virum jactabundum & felicem ominantur.

*Lineolæ à vitali circa angulum dextrum, ad radicem medii, per naturalem, excurrentes*, ægritudines arguunt.

*Lineolæ è cavitate Mart. vitalem incidentes, hoc eſt, tantum ſtringentes, non ſecantes*, febres ardentes, phthiſes & alios morbos calidos, ſiccosque arguunt.

*Linea hæc in principio ſubtilis*, ſignificat bonam indolem, *ſed circa medium craßior*, mutat naturam bonam in malam.

*Linea iſta juncta naturali ac menſali in ſupremo angulo*, mortem violentam in juventute plerunque denotat.

## II.

### *De Linea Martis ſive Sorore, Vitali.*

In *cujus manu ſoror vitalis apparet*, is calidi temperamenti eſt, & amoribus deditus.

Si hæc linea fuerit *prolixa & conſpicua*, animoſum, audacem, fortem & divitem deſignat.

*Brevis*, arguit iracundum, ad inſaniam uſque.

*Soror vitalis circa medium Lineæ vitalis, vel in i-*

*mo juxta Rascettam incipiens, nec ad superiorem pollicis partem longe ascendens*, in juvenili ætate paupertatem quidem, sed in virili, iisque ad finem vitæ, amplas opes promittit.

Hæc Linea valdè *brevis & decurtata*, falsarium, iracundum, homicidam, infidelemq́, furem, seditiosum & sceleribus plenum notat.

III.

*De Media naturali, hepatica.*

Si hæc linea fuerit *longa*, longævitatem arguit. Si per *montem Lun. ad extremum percussionis processerit*, omnino, decrepitam & egenam ætatem signat.

*Vltra hypothenar protensa*, longam, sed ærumnosam, & laboriosam vitam notat.

*Longa, indistincta, nec lineolis intersecta*, bonum ingenium, & optimam memoriam cum sanitate firma & diuturna notat.

*Longa & simul lata*, furiosum & Cholericum innuit.

*Ita brevis, ut vix concavum manus attingat*, brevem vitam, hominem infirmum, formidolosum, parcum, stupidum & infidum notat.

*Ad digitos sursum excurrens*, impudentem & maleferiatum indicat.

*Ad rascettam demissa*, cupidum & impurum designat.

*Crux in principio circa angulum supremum*, ingenium ad optima quæquę dispositum, indicat, sed bonorum perditionem.

*In fine naturalis crux*, bonum statum, & vitæ finem laudabilem innuit. In *medio*, vitam brevem.

*Crucem obtinens è regione medii*, mortem violen-

 tam,

tam, vel vulnus lethale, portendit, inprimis, si Mensa defuerit.

*Bifurcata juxta hypothenar*, lethale etiam vulnus minatur. Si vero *furcarum extremitates longissime producuntur*, pium in senectute faciunt.

*Naturalis duplex*, iracundiam & hæreditatem promovet.

*Subtilis, prolixa, & vix conspicua*, proditorem, infidelem designat.

*Cum mensali conjuncta*, casum ab alto, vel mortem ex vulnere affert.

*Juncta mensali circa finem*, obitum præmaturum præfigurat.

*Ad mensam inclinans*, rixosum & calumniatorem facit; *si simul fuerit tortuosa, & circularis*, sanguinolentum, bestialem, insanum, & de vita sæpè periclitantem, arguit.

*Curva & Mensalem attingens*, infortunium in re œconomica adfert.

*Inæqualis, tortuosa, varii coloris*, furem & pravum hominem arguit.

*Incisa, rupta, & discontinua*, hydropem, Icterum, phthisen, cachexiam, obstructionesque Epatis minatur.

*A vitali in superiore parte remota*, deliquium animi, palpitationesque cordis conciliat.

*Lata, crassa, rubra*, rudem & stolidam indicat.

*Obscura, Pallida, punctis circumdata*, stomachi dolores, spasmum, obstructionem alvi, cruditates epatis causatur.

*Puncta quot obtinet*, tot homicidiis ille homo obnoxius est, vel erit.

*Obscura vel tortuosa, & quasi semicirculum constituens*, damnum à brutis animalibus minatur.

*Linea hæc aliquo modo divisa, sed tamen parumper* ad-

*adhuc cohærens*, mutationem ſtatus, indicat. *Si hæc diviſio ſub tuberculo Iov. apperuerit*, in juventute; *ſub tub. Satur.* virilibus annis; *ſub. Sol.* in provecta ætate; *ſub tub. Mercur.* in extrema ſenectute mutatio illa eveniet.

*Naturalis unam habens adjacentem*, bilioſum & furioſum demonſtrat.

*A naturali lineâ alia prodiens, & lineam vitæ, ſororemque vitalis interſecans*, pericula à latronibus imminere, præſagit. *Si illa linea per Martis tuberculum proceſſerit*, calidum & ficcum jecur portendit.

*Breves lineolæ à naturali, verſus menſalem, tendentes, circa angulum ſupremum*, morigerum & liberalem oſtendunt.

*Duæ lineæ à naturali aſcendentes, & conjunctæ verſus menſalem*, Theologum divitem faciunt, vel poſſeſſorem bonorum eccleſiaſticorum.

*Naturalis malè formata*, morboſum ſignificat.

*Hæc linea in finem ramuſculoſa luxurioſum*, eliminatorem & garrulum ſignificat.

*Linea hæc in principio interrupta* caſum ab alto, offenſionem tibearum, & capitis vulnera minatur.

*Pluribus lineis intercisa*, plurimorum morborum, & brevitatis vitæ certiſſimum argumentum eſt.

*Lineæ infra naturalem ſeſe interſecantes*, homicidam notant.

*Naturalis inter annularem & medium recurvata*, Apoplexiam ſubitam brevemque vitam demonſtrat.

*Naturalis verſus Raſcettam declinans*, avarum & fœneratorem notat,

*Lineolæ aliæ hanc naturalem stringentes*; hepaticos morbos inducunt.

IV.

### *De Linea Mensali.*

*Hæc si fuerit recta, æqualis, longa, continua, nullibi interrupta, & evidens* optimum temperamentum præsagit; item ad liberorum generationem, aptitudinem, nec non hominem in actionibus suis constantem.

*Ultra medietatem montis Iov. vel ad finem usque manus protensa*, crudelem & iracundum, simul tamen felicissimum notat.

*Si adeo brevis fuerit, ut Iov. tuberculum non attigerit, sed sub colliculo Satur. desierit*, mendacem, infortunatum, summam paupertatem & calamitatem indicat.

*In monte Iov. sub finem exitus sui, recta & subtilis*, dominium super fratres & consangvineos alios arguit.

*Bifurcata hæc linea ad montem Iov. vel Satur.* laboriosissimum & maximè solicitum hominem designat.

*Ita bifurcata in fine, ut alter ramus ad indicem, alter ad naturalem lineam tendat*, felicem & jucundum designat. *Si verò alter ramus ad indicem ascendat, & alter inter indicem & medium hæreat*, opes quietas promittit.

*Circa montem Iov. nuda absque ramis*, paupertatem probat.

*Sub monte Satur. mox varians*; hominem deceptorem, insidiatoremque innuit.

*A tuberculo Satur. prodiens absque ramis*, defraudatorem, inconstantem, impudentem, & jurgia excitantem indicat.

Ra-

*Ramos habens extensos versus montem Iov.* honores, dignitates & opes largitur.

*Intercisa lineolis, vertumnum*, venereum, cũ mulieribus, vel amore, vel lite, crebro certantem, atque ineptum notat.

*Hæc linea ita divisa, ut altera ejus pars montem Satur. altera ad lineam naturalem inclinet*, multa vitæ pericula designat.

*Circa colliculum Iov. ramis destituta*, egestatem portendit.

*Hæc mensalis puncta ostendens*, libidinem & lasciviam notat.

*Linea quædam ab hac ad spatium inter annularem & medium digitum ascendens*, hominem laboriosum, occupatissimum, & curarum plenum ostendit.

*Crux in fine vel principio* Mensalis, promotionem in peregrinis locis. *Crux in medio*, contentiones & discordias notat.

*Crux una, vel duplex circa Mensalem*, dignitates Ecclesiasticas promittit.

*Crux parva in fine, vel circa monticulum Iov.* affabilem, veracem, liberalem, ingenium, & candidum notat.

*Plurimis tricis implicata*, dammum in genitalibus prodit.

*Lineolæ ad finem mensalis*, in provectiori ætate; *juxta medium*; in virili ætate; *juxta principium lineæ Mensalis*, in juventute morbos designant. *Si ascenderint illæ lineolæ*, notant morbum phlegmaticum; *si descenderint*, morbum Cholericum.

*Qui omninò caret lineâ Mensali*, ille est homo contentiosus, infelix, infidelis, nefarius, nefanda morte interiturus, vel etiam hermaphroditus.

*Linea hæc ſub Satur. monte interciſa*, vulnera pectoris, & luxuriam notat.

*Inciſura inter indicem & medium ab hac linea Menſali aſcendens*, vulnera & alia pericula capitis minatur.

*Linea à menſali verſus annularem aſcendens*, honores ſummos promittit, *verſus medium dig. aſcendens*, vitam tranquillam, *intercifa ibidem multis lineolis*, vulnera, diſgratiam Principum, & Sycophantam, in fœmina partus difficultatem indicat: *verſus naturalem deſcendentes* illæ lineolæ, lucrum ab amicis.

*In fine habens tres ramuſculos in quacunque parte*, fortunatum, lætum & modeſtum notat.

*Linea hæc ramis deſtituta*, pauperem & infelicem, nec non malitioſum arguit.

*Linea una vel plures à vitali procedentes per naturalem, menſalem interſecantes*, horrendam mortem, mulieremque partum ſuffocaſſe, innuit.

*Menſalis Vitali lineæ juncta, & angulum faciens, præſertim hepaticâ non apparente*, hominem lethaliter vulnerandum vel alio modo trucidandum minatur.

*Linea hæc cum hepatica circa principium juncta*, caſum ab alto, vulnera lethalia ac mortem violentam, vel alias graves adverſitates, & ſummæ vitæ pericula demonſtrat.

*Inter menſalem & auricularem lineæ ſibi numero, pares*, tot conjugia ominantur, quot illarum evidenter apparent. *Si illæ fuerint interciſæ, ruptæ*, ſiniſtra; *ſi rectiores integræ*, dextra conjugia promittunt.

V.

*De Menſa, ſive Quadrangulo.*

*Men-*

*Mensa satis lata, & capax*, fortunatum, munificum,& animosum demonstrat.

*Ea nimis angusta & angulosa*, immitem, tenacem, stolidum, timidum & infortunatum designat

*Si Mensa supra vitalem sit latior, quam ad hypothenar*, divitias in juventute, egestatem in senectute arguit.

*Si contra mensa versus Vitalem fuerit angusta, in medio adhuc arctior, in fine verò ad percussionem latior*, liberalitatem in juventute, tenacitatem in virili ætate, divitias in senectute demonstrat.

*Si in ea mensa circa montem Jov. vera crux appareat*, gratiam Magnatum & honores pollicetur. *Si triplex + vel * appareat*, dignitates erunt tanto splendidiores.

*Ibidem tortuosæ & perplexæ lineolæ*, privationem honorum & privatam vitam notant.

*Stella vel Crux ad percussionem manus*, faustas peregrinationes promittit.

*Circulus in mensa*, eloquentiam, sapientiam, & doctrinam conciliat.

*Lineolæ & incisuræ æquales, aptæ in mensa*, felicissimum hominem notant *Si vero eæ fuerint curvæ, ruptæ, divulsæ*, calamitosissimum indicant.

*Rimosa & pluribus lineis intersecata*, debile cerebrum & melancholicum caput.

*Crux vel Stella evidens in medio mensæ*, justum, integrum, verum, propriâ virtute, ex paupertate, & adversitate, ad divitias emergentem, sed mulierosum, & mulierum causa malè aliquando audientem.

VI.

*De Linea Capitali.*

Hæc

*Hæc integra, non rupta, recte à Restricta ad natu-ralem ascendens, & trigonum, per naturalem, atque vitalem, constituens*, hominem fortunatum, man-svetum, atque prudentem notat.

*Hæc linea fracta, tortuosa & tricis implicata*, in fœminis formidinem nimiam, & partus difficulta-tem, in viris, imbecillitatem cerebri designat.

*Circa Mensam bifurcata*, versutiam, insidias & ingenium ad omnia mala proclive demonstrat.

*A Rascetta incipiens*, prudentiam in tranquilla & gloriosa senectute conciliat.

*Lineola quædam ab hac capitali in caveam Mart. procedens, ibique Stellam constituens* animosum & audacem hominem reddit. *Si illa stella versus Hy-pothenar declinaverit*, deceptorem, furem & præ-donem facit.

*A Vitali sejuncta* longævitatem innuit. *Eidem conjuncta*, debile cor & abundantiam sangvinis notat.

*Ad tuberculos digitorum, imprimis Saturni sese ex-tendens*, sanitatem & firmam senectutem demon-strat.

*Longius à media naturali distans*, prodigum, in-vidum, fatuum, calumniatorem, portendit.

*A restricta ad montem Iov. excurrens*, Legationes primarias innuit.

*Versus tuberculum Mercur. protensa*, petulantem & furem prodit.

*In Hypothenar excurrens*, servitutem arguit.

*Tortuosa & intersecta*, periculum vitæ à brutis notat.

*Saturnina, hepatica & cephalica subtiles & pro-portionatæ, triangulum constituentes*, Mathemati-cum ingenium, Cœli & astrorum ut & Magiæ naturalis indagatorem, sedulum, annunciat.

*Grof-*

*Linea Capitis & vitæ juxta montem pollicis ad Rascettam sese intersecantes*, præclarum ingenium, & nobile vitæ genus ominatur.

*In hepatica desinens* ingeniosum, modestum & probum denotat.

*Absentia lineæ cephalicæ* prodit Choleram, ejusque proprietates, ut sermonis præcipitantiam, corporis agilitatem, cutis subtilitatem ciborum calefacientium vinique generosi desiderium.

VII.

*De Triangulo.*

*Triangulus optime coloratus & proportionatus*, id est, *æqualium angulorum & rectarum linearum*, optimam corporis, & ingenii dispositionem, firmam valetudinem, longævitatem, & famam præclaram innuit.

*Triangulus obscuris & inæqualibus lineis*, stupidum ingenium, immoratumque hominem arguit.

*Trianguli spatium amplum*, liberalem, animosum & egregium virum ostendit: *è contra illud spatium breve, & angustum, vel angulus superior, juxta Vitalem & hepaticam, acutior; prope digitum medium vitalem attingens*, hominem timidum, tenacemque notat.

*Angulus versus hypothenar competenter formatus*, ingenium bonum, judicium egregium & memoriam firmam adfert: *si is angulus sit valde acutus*, providum, sagacem & parcum; *si obscurus & crassus*, pigrum & rudem notat.

*Angulus supremus è regione spatii inter Satur. & Iov. clausus*, ingenium bonum, & virum inculpabilem notat: *qui vero lineam vitæ & naturalem con-*

*tes,* scortatorem, mendacem prodigum, cavillatorem, pessimæ vitæ & mortis hominem, arguit. *Clausus ille angulus supremus è regione montis Satur.* vilem, miserrimum, bonorum amissionem & captivitatem minatur.

*Angulus à linea vitæ & Cephalica versus Rascettam procedens, benè proportionatus,* sanitatem firmā, & vitam longam innuit. *Si hic Angulus fuerit valdè acutus,* garrulum, cavillatorem acutum sed tamen diligentem hominem demonstrat.

*Stella evidens in Triangulo, circa hypothenar,* furem, raptorem, calumniatorem, fraudulentum, infidelem hominem cum tragica morte minatur.

*Cruces multæ in Triangulo* suspendium vel decollationem minantur.

*Semicirculus in cavea Martis* ignis periculum vel mortem ex igne innuit.

*Linea vitæ tacta à naturali in concavo manus,* miserum & avarum notat.

*In triangulo mulieris stella,* impudicam, meretricem, adulteram, iracundam & sangvinolentam notat.

*Spacium internum Trianguli callosum & durum,* hominem iracundum, & dolosum innuit.

*Si verò illud spacium fuerit rugosum,* calumniatorem, invidum & malæ fidei hominem ostendit.

*Triangulus nullus in manu apparens,* arguit hominem mendacem, inconstantem, stupidum, minusque vivacem.

## VIII.

## *De Via Lactea.*

Hæc

regrinationes atque profectiones tam terrestres, quam maritimas, memoriam etiam bonam, prudentiam, capitis robur, constantiamque denotat.

*Incisa & hinc indè dissecta*, periculum in itineribus, à latronibus, naufragiis, stupidum, immoratum, imprudentem, capitisque dolores designat.

*Ad montem usque Mercur. protensa*, felicissimum & sapientissimum hominem indicat.

*Absentia Viæ lacteæ*, catharrum & alios cerebri capitisque morbos importat.

IX.

*De Linea Solari.*

*Hæc benè conspicua, colorata, integra, profunda & ad L. Mensalem, vel ipsam Mensam usque protensa*, gratiam apud illustres personas, honorum gradus, eximium judicium, egregium consiliarium facit.

*Intersecta semel aut bis transversim à lineis intra digitorum spacia currentibus*, honores tales decernit, qui cum plurimorum invidia & fucatorum amicorum insidiis conjuncti sunt. *Si vero illa intersectio fit per Cingulum Veneris*, invidiam & carnis illecebras tollit, & honorum appetentiam auget.

*Linea Solaris gemina*, dignitates etiam auget, & reddit hominem apud Principes, Reges, Monarchas gratum.

*Defectus, Lineæ Solaris* demonstrat abjectum, nullius ferè autoritatis hominem.

X.

*De Cingulo Veneris.*

*Cin-*

*Cingulum Veneris evidens*, hominem admodum libidinosum designat.

*Duplex hoc Cingulum* arguit hominem adeo salacem & inconstantem, ut & cum consangvineis suis vel brutis sese commisceat.

*Cingulum ab aliis lineolis intersecantibus detruncatum*, vitæ periculum vel tantum, infamiam, ob detestandam illam commixtionem, ostendit.

*Defectus hujus cinguli* reddit hominem castum & verecundum.

*Hoc vero cingulum Veneris* ut plurimum est rotundum, instar dimidii circelli; aliquando tamen etiam in angulum ita desinit, ut linea recta inter indicem & medium digitum versus Mensam excurrat, alia insuper ab auriculari & annulari, accedens, eundem angulum suo contactu constituat.

## XI.

### *De Rascetta & Restricta.*

*Rascetta non rugosa* bonam humorum dispositionem cum longa vita portendit.

*Multæ lineæ æquales carpum transversaliter ambientes*, juventutem laboriosam, sed virilem ætatem divitiis & hæreditatibus dotatam ostendit.

*Multæ lineæ à Rascetta ad percußionem currentes*, legationes longas vel alias profectiones per mare & continentem creberrimas, variasque notat.

*Linea illa quæ manus est proxima æqualis, recta, sursum tendens, benè colorata*, ex improviso egenum divitem reddit.

*Linea illa manui proxima si fracta, rupta, divulsa & distorta fuerit*, inopem & valetudinarium ostendit.

*In superiori linea Rascettæ quæ manui proxima est,* vel

*vel supra illam Crux aut Stella* quietatum senium promittit.

*Lineæ in modum Crucis vel Stellarum in Rascetta sese intersecantes*, hæreditates aut aliud emolumentum afferunt.

*Crux in Rascetta circa finem vitalis*, difficiles atque litigiosas hæreditates innuit.

*Plures Cruces vel lineæ parallelæ versus finem Vitalis lineæ in Rascetta*, delationes & diffamationes, mulierum causa, decernunt.

*Linea à Rascetta per mediam manum extensa ad naturalem*, vitã laudabilem, *ad medium digitum ea linea protensa*, felicitatem summam promittit,

*Lineæ 4. æquales continuæ benè coloratæ in Rascetta*, octogenarium hominem reddunt.

*Lineæ quædam à radice restrictæ versus tuberculum pollicis ascendentes, & in inferiorem partem declinantes*, aflictiones per uxorem, vulnera, damnum vel persecutiones, aliasque adversitates ab intimis & propinquis accelerat.

*Linea à Restricta ad tuberculum Capr. ascendens*, honores & opes in alienis oris largitur.

*Linea aliqua à Rascetta ascendens sub naturali subsistens*, modestum, discretum hominem & tranquillum senium promittit.

*Linea aliqua à Rascetta per mediam naturalem ad montem usque Satur. penetrans*, avarum, sordidum, laboriosum, felicem tamen agricolam, Oeconomum, colonum vel lapicidam, coriarium aut figulum diligentem & felicem reddunt

*Linea aliqua à Rascetta ad montem Sol. usque extensa*, dignitates, promotiones, gratiam & opes inexspectatas notat.

*Linea Restricta ad tuberculum Mercur ita protensa ut L. Capitalem, viamque Lacteam quasi comite-*

*tur*, ingenium felix designat. *Si illa linea fracta, rupta, divulsa & tortuosa aut in media manu desierit,* mendacem, blateronem, adulatorem, inconstantemque demonstrat.

*Linea duplex à Rascettæ medio ad montem Lun. tortuose ascendens,* insidias & oppressiones fraudulentas arguit.

*Ex alia restricta parte, & non ex media ad percussionem ita ascendens linea, ut mediam naturalem contingat, & cum ea angulum acutum faciat,* plurimas profectiones terrestres & maritimas decernit.

*Linea illa geminata ad montem Sol. ascendens integra, æqualis, non rupta, nec inflexa* Consiliarium vel Legatum Principis, vel Reipub. cum laude denotat *Illa autem duplex linea tortuosa vel gyri instar inflexa,* laboriosissimum & molestissimum munus, sed tamen honestum apud Magnates conciliat.

*Ex Rascetta Lineolæ binæ ad montem Iov. extensæ, & supra primam indicis juncturam etiam totidem lineolæ*, honorificas, lucrosas & varias profectiones decernunt.

*Si à Rascetta duplex linea adscenderit*, accommodabilem quidem & laboriosum, sed minus opulentum reddit.

*Ad montem Satur. duæ tortuosæ lineæ à Rascettâ progredientes*, perversum, avarum, invidumque designant.

## XII.

### *De Monte Pollicis, sive Veneris.*

*Rubicundæ, distinctæ, expressæ, raræ, rectæ nec valdè profundæ lineæ in tuberculo Ven.* humanum, amabilem, & optimi temperamenti hominem faciunt.

*Mons Pollicis transversalibus lineis intercisus*, libidinosissimum signat.

*In utraque manu mons Ven. profundis & claris lineis intersectus & cancellatus*, Scortatorem vel Meretricem certò arguit.

*Stella pulchre in medio tuberculi Ven.* felicitatis est indicium.

*Monticulus iste levis calvus, glaber, multis tamen intersectus lineolis, sive rimis*, incivilem & immodestum, morosumque hominem notat.

*In fine montis Crux vel stella*, infamiam & infortunium per adulterium indicat.

*In medio montis pollicis signum Sol. apparens*, prostitutæ libidinis & salacissimam fœminam indicat.

*A radice Pollicis bifurcatæ lineæ prodeuntes*, passionem Veneram gravissimam & nefaridā arguunt.

*Lineæ principales distortæ & intercisæ*, ignominiosum & malam mortem portendunt.

## XIII.

### *De monte Indicis, sive Iovis.*

*Tuberculum Iov. planum, & quomodocunque absque intersectionibus lineatum, vel ibidem rectæ lineæ*, honestum & bonum hominem cum bono temperamento notant.

*Lineæ intersectæ in monte Iov.* infelicem signant.

*Crux vel Stella una vel plures evidentes in monte Iov.* amplissimas dignitates præsertim Ecclesiasticas, legationes, divitias & celebritatem nominis notat.

*Stella vel semicirculus circa montem Iov.* mere-

tricem vel adulteram impudentissimam designat.

*Crux in ipsa radice montis* Iov. adulterium portendit. *Stellæ ibidem* luxuriosum & per mulieres promotum.

*Figura Craticulæ in monte* Iov. detrimentum à fœmina primaria adfert.

XIV.

## *De Monte Medii digiti, sive Saturni.*

*Monticulus iste planus, sine rugis & intersectionibus,* simplicem, candidum, diligentem & laboriosum signat.

*Mons Satur. rugosus & intersectus,* socordem & fraudulentum reddit: *Si reliqua tubercula sint glabra, absque rugis & lineis, & tamen Tub Satur. est rugosum,* hominem Saturninum in summo gradu indicat.

*Linea à mensa ascendens, & montem Satur. secans,* hominem perpetuo solicitum & mire anxium, exiguo cum fructu, præsagit.

*Linea quædam ex radice montis Sol. versus medium digitum se flectens;* stupidum, desidem, rudem, improvidum, stultumque notat.

*E monte Medii digiti linea per triangulum ad Rascettam decurrens,* pusillanimum, avarum, invidum in carcere vel per supplicium extremum vitam finientem.

*Sectiones seu ramusculi à principalibus lineis ad tuberculum Satur. descendentes,* immoratum & perversum designant.

*Vnicâ tantum lineâ hic mons scissus,* divitiarum corrasionem notat.

*Mons iste plurib. lineis divisus & intersectus,* difficilem sustentationem portendit.

De

XV.

*De Monte Annularis sive Solis.*

*Hic mons longis æqualib. lineis à radice digiti ad mensam usque excurrentibus, sine intersectionibus,* ingeniosissimum & doctissimum, sed ambitiosum, & ob prudentiam principibus gratum hominem pollicetur.

*Lineæ istæ ruptæ, aliis lineolis intersectæ, & cancellatæ,* hominem jactabundum, frustra ad altiora sperantem, vel ab honore deturbandum notant.

*Mons iste duabus lineis rectis ornatus,* ingeniosum, officiosum, & magnatibus acceptum indicat.

*Vnica linea ad radicem fere digiti annularis evidenter extensa,* philosophum eximium in primario loco & officio indicat.

XVI.

*De Monte Auricularis, sive Mercurii.*

*Hic monticulus liber à rugis in viro* animum constantem, in *virgine* integritatem præsagit.

*Linea recta, gracilis à monte Mercur. ad mensalem usque descendens,* liberalitatem & magnificentiam ostendit.

*Quot lineæ transversæ ex hoc monte ad percussionem excurrunt*, tot conjugia innuunt, *qui tamen Aphorismus non ab omnib⁹ Chiromanticis approbatur.*

*Multæ lineæ crassæ rubicundæ sive rectæ sive transversales in monte Mercur,* furem, raptorem, mendacem, delatorem & pessimum hominem arguunt.

*Mons hic multum lineatus*, versutum & pessimæ monetæ hominem significat.

*Lineæ fere rectæ à dorso manus ad hunc monticulum procedentes* felicem successum, bonos amicos &

uxorem commodam innunt. *Eædem intercisæ, tortuosæ, visibiles, & parvæ* uxorem vel nullam, vel rixosam, ac pravam designant.

*Crux cum pulchris lineis circa dorsum manus ad mortem Mercur. apparens*, felicem hominem, cum uxore divite, portendit.

*Linea una à radice auricularis ad medium Satur. descendens*, hominem idoneum & utilem innuit.

*Multæ lineæ curvæ & perplexæ ad radicem auricularis*, fœminam loquacem, superbam, & mobilem significat.

*Cui Auricularis ita brevis, ut ultimam juncturam annularis in sua longitudine non excedat*, viraginem & imperiosam uxorem is habet.

XVII.

*De Monte Lunæ, ad Hypothenar.*

*Mons iste versus Rascettam altius elevatus quam ad mensalem*, laudabile temperamentum conciliat.

*Lineæ elegantes & perspicuæ in eo monte*, felicia itinera, prosperas in legationibus expeditiones, mulieribus facilem partum, & alia fausta utrique sexui præsagiunt.

*Lineæ ibidem pallidæ, lividæ*, difficiles expeditiones politicas, & infortunatas profectiones minantur.

*Circulus unus in hoc monte*, unius oculi amissionem; *duplex ibidem circulus* utriusque oculi effossionem portendit.

*Stella in monte Lun.* pessimum hominem innuit.

*Lineæ tortuosæ in fine hujus montis*, malum per aquam significant.

*Semicirculus in hoc monte apparens*, occisorem vel patris vel fratris vel liberorum præsagit.

*Lineæ obliquæ & tortuosæ in acinis, & extremitatibus digitorum, per latitudinem extensæ, in forma fluvii, sive instar signi Aquarii (Aquarius)* sub mersionem in aquis ominantur: *& si tales lineolæ fluctuantes in auriculari apparent*, in pueritia; *in medio digito*, in virili ætate; *in Indice*, in senectute; *in pollice* decrepitis annis tale malum funestum ex aqua evenit.

## XVIII.

### *De Monte sive Cavea Martis.*

*In Caveam Martis linea curva è supernis descendens*, lapsum ab alto sive præcipitium, & exinde vulnera capitis, fracturas & vel luxationes internorum, aut externorum membrorum ominatur.

*Talis linea ex monte Mart. ad montem Satur. ascendens*, captivitatem minatur.

*Linea prolixa à cavea Mart. ad Rascettam versus percussionem manus exiens*, plurimas & varias peregrinationes & extra patriam mortem significat.

## XIX.

### *De Juncturis Pollicis.*

*Crux in primo pollicis articulo*, adulterium, de vita periclitantem indicat.

*Duæ Cruces in postrema junctura pollicis, circa colliculum Ven.* procacem, rixosam, infidelem & garrulam mulierem significant.

*In prima pollicis junctura lineæ imparis intervalli*, mulieri minatur vulnus, aut necis periculum à marito.

*Lineæ longæ, æquales in primo pollicis articulo extrorsum prominentes*, opes per uxores, notant.

*Articuli pollicis nudi à lineis & signis*, pigrum & somnolentum indicant.

*Linea à suprema junctura descendens, vitalemque intersecans*, incestuosum hominem, eapropter de vita periclitantem, signat.

*Tres Lineæ à prima junctura pollicis ad vitalem descendentes*, periculum ignis, vel mortem ex igne præsagit.

*Linea crassa & rubicunda primam juncturam pollicis secans, vel linea continua à prima junctura ad secundam usque currens*, mortem vel ex suspendio, vel submersione, vel decollatione decernit.

XX.

*De Iuncturis Indicis.*

In *prima junctura crux cum stella, vel in articulo medio indicis, sectiones multæ secundum longitudinem*, mulierem castam designant.

In *dicta junctura lineæ longæ æquales*, virum vagabundum vel fœminam facundam arguunt.

In *extrema junctura indicis 3. lineæ transversales ductæ*, hæreditatem promittunt

In *secunda junctura tales transversales lineæ*, mendacem, invidum & deceptorem innuunt

XXI.

*De Iuncturis Medii digiti.*

In *prima junctura 4. vel 5. lineolæ*, bonam, sedulam, laboriosam & solicitam fœminam, Theologum aliquando parituram, præsagiunt.

*Stella in prima junctura*, homicidium commissum vel ad huc committendum, significat, *ceteris tamen ex triangulo paribus.*

In *quacunque junctura digiti medii lineæ craticulam efformant*, morosum, malè moratum & melancholicum innuit.

In *aliqua junctura hujus digiti lineæ longæ, æquales, parallelæ*, fortunam in fodinis metallicis pollicentur.

*A monte Satur. per omnes juncturas ad acinum usque linea grossa excurrens*, stultum & ineptum designat.

*Crux aut stella in prima junctura*, sterilem fœminam innuit.

XXII.

*De Juncturis Annularis.*

*Prima Annularis digiti Junctura, 4. lineas æquales obtinens*, ingeniosum, divitem, præclarum, sed tamen arrogantem reddit, mulieri honorem & divitias per maritum.

In *secunda vel tertia junctura lineæ tales 4. parallelæ*, promovent hominem præ omnibus suis consangvineis ad dignitates & divitias præclaras.

*Linea una ex infima junctura per reliquas ad summum tendens*, famam celeberrimam, per omnes ferè mundi angulos, promittit.

*Lineæ in inferiori junctura transversales*, difficilem ad honores emersionem, imo & inde odium Magnatum portendunt.

XXIII.

*De Juncturis Auricularis.*

In *prima junctura crux*, doctum & ingeniosum, *ibidem litera M. vel character* 1o♈. arrogantem Oratorem, in *secunda junctura signum Piscis* concionatorem egregium. *Ibidem crux transversaliter secta*

*secta*, variis molestum, & molestis somniis obnoxium, *in tertia junctura Crux*, paupertatem summam designat.

In *suprema junctura lineæ transversaliter sectæ*, versutum, sedulum & omnium horarum hominem innuunt.



ALTE.

# ALTERA PARS CHIROMANTIÆ,

*diſpoſita*

*In certos Locos Communes, de Affectibus primariis corporis & animi, aliisque Eventibus humanis, agentes.*

I.

*Adulator.*

Linea Menſalis inciſa in regione media, Adulatorem, bilingvem, & quem pauci diligunt, arguit.

II.

Crux parva in linea Menſali juxta montem Iovis directè reſpiciens angulum ſupremum, affabilem & omni quaſi virtute præditum notat.

Linea Menſalis habens tres lineas, vel in fine quoſdam ramuſculos, videlicet juxta montem Iovis directè procedentes ad angulum ſupremum, humanitatis ſigna ſunt.

Triangulus æqualis lateribus, & concinnus, amabilem innuit.

Mons Ven. benè elevatus, cum lineis æqualibus,

bus, gratum, venustum, justum, bonum, animo nobili præditum indicat.

Idem Mons Veneris lineas habens extensas, continuas, raras, rectas, & non multum profundas, hominem amabilem & humanum ostendit.

Mons Annularis duabus lineis rectis ornatus, amabilem, familiarem & benevolum indicat.

## III.

*Audax, Animosus,*

Linea Media naturalis longa, ad Lunæ usque tuberculum extensa, audaciam homini conciliat.

Soror Vitalis longa, clara & perspicua, cordatum & virilem animum, ferocissimumque militem monstrat.

Si linea quædam à Cephalica in caveam Martis deflectat, ubique stellam construat, animosum & audacem arguit.

## IV.

*Avarus, Parcus, Tenax.*

Linea media naturalis brevis, avarum hominem reddit.

Si vitalis cum Hepatica angulum planè acutum & angustum efficiat, hominem tenacem & laboriosum notat.

Mensa angusta, informis, arctè clausa & ferè angulosa, indicis est hominis ad sorditiem usq; parcissimi.

Mensæ locus si superiori loco, versus vitalem, sit aliquo modo angustus, in medio adhuc angustior in infimo loco, versus hypothenar latior & capacior, hominem significat in Juventute libera-

lem, in virili ætate tenacem, avarum & sordidum, in senectute divitem & locupletem.

Triangulus angustus brevis, avarum, tenacem notat.

Triangulus prope lineam vitæ & hepaticam sit acutus, ita ut prope digitum medium vitalem lineam attingat, hominem avarum, tenacem arguit.

Hepatica abbreviata & decurtata, concavum manus non excedens, avarum, tenacem.

Si à rascetta ascendens linea hepaticam penetret, altiusque ad tuberculum Saturni usque pertingat, divitem quidem, sed avarum, sordidum, laboriosumque notat.

Si à rascetta lineæ fluxuosæ & tortuosæ ad Saturni tuberculum ascendant, avaritiam immodicam notant.

## V.

### *Carcer.*

Mons Saturni habens lineam concavam intrantem in radicem, denotat mortem in carcere.

Mons Saturni habens lineam valdè profundam in radice digiti Saturni, ostendit tormenta, carcerem & præcipuè quando illa est grossa in fine.

Si L. Saturni á medio digito descendens in media ferè manu ad percussionem seu hypothenar deflectat.

Si Linea aliqua à vitali ascendens ad medium digitum & in tuberculo Saturni Saturninam incideret.

Plures lineæ in tuberculo Saturni concurrentes carceres & tormenta.

Quibus in tuberculo Saturni linea una ad re-

ſtrictam per caveam Mart. deſcendit, captivi erunt & è vinculis non liberabantur, niſi vel in carceribus moriantur, vel educti ultimo ſupplicio afficiantur.

Linea à vitali aſcendens per naturalem & menſalem uſque ad medium, carceris & mortis periculum.

L. Saturnina digitum Saturni quo proprius ingreditur carcerem notat.

Trigonus clauſus è regione planeSaturni, captivitatem indicat.

VI.

*Caſtitas, Virginitas, Verecundia.*

Mons Mercur. non interſectus, hominem caſtum & continentem notat.

Mons Mercur. habens ſubtilem lineam inter menſalem & radicem hujus digiti extenſam, in fœmina caſtitatem notat, in viro avaritiam.

Si puella habuerit dum adhuc jejuna eſt, lineas graciles & pallidas, virgo eſt.

In monte Mercur. linea fuerit lata. ſignificat inviolatam, ſed illa linea tangat ferè radicem auricularis.

Cingulum Ven. non apparens, hominem caſtum, verecundum, continentem.

Mons Mercur. decenter coloratus à verrucis, & innato ſqualore optimè repurgatus, in virgine integritatem.

In prima junctura Indicis +, cui Stella impoſita fuerit, caſtitatem.

VII.

***Conjugium, Nuptiæ, Vxor.***

In

In tuberculo auricularis ad manus percuss. quot fuerint lineæ tot nuptias;& quo longiores, eo meliores, in manu scilicet viri dextra.

In triangulo Stella de se longam spargens rimam ad morem cometarum, in manu mulieris, denotat 4. maritos si scilicet ætas consentiat.

Lineæ rectæ à tuberculo Mercur. ad hypothenar inter Mensalem & Mercur. tuberculum excurrentes, per transverf. conjugia indicant, & quot fuerint numero, totidem nuptiarum indicium sunt. Verum, non semper certa sunt præsagia conjugiorum ex lineis transversim extra manum per Mercur. tuberculum concurrentibus.

Imperiosam habebit mulierem, cui auricularis adeò brevis est, ut ultimam juncturam annularis in sua longitudine non excedat.

Inter Mensalem & auricularem lineæ sibi numero pares & conspicuæ, tot nuptias portendunt; quoque sunt rectiores, clariores, eo fortunatiores; intercisæ & disruptæ, malum in conjugio portendunt. Si dictæ verò lineæ intercisæ & parvæ, malam uxorem vel nullam, rectæ, continuæ præsertim, si + hoc in loco etiam per se appareat, uxores divites, claras & magnam felicitatem ab iis tortuosæ & malè apparentes, item intersectæ rixas & contentiones cum uxoribus.

## VIII.

### *Dignitates, Honores.*

L. vitæ furcata versus montem Iov.

L. vitæ furcata versus hepaticam in parte superiori.

Si linea ex Vitali ad Solis tuberculum ascendat, honores obventuros à muliere splendida seu Regina, vel nobilis fœminæ favorem.

L. Mensalis habens ramos tendentes ad montem Iov.

Mons Iov. habens crucem in medio aut stellam formatam.

Mons Sol. elevatus sine radiis malè apparentib. arguit dignitatem, officia ex mensa Regis.

Mons Sol. crucem in se habens bene formatam, indicat officiorum acquisitionem

Mons Iov. si rectam de se procedentem versus radicem habuerit lineam, denotat hominem honorificum & virtute plenum.

In annulari, linea á radice oriens recto tramite per juncturas pergens, arguit famam splendidissimam.

In annulari lineæ æquales in prima junctura.

Crux parum infra nuturalem versus montem Iov.

Linea Solaris dupla acceptum á primariis viris notat.

Linea Sol. integra, clara, conspicua, profunda, mediocrem, rubicundam & usque ad mensalem lineam vel ipsam mensam extensa, dignitates summas apud magnates.

Linea Sol. transversim semel vel bis á lineis intra digitorum spatia excurrentibus intersecta, persecutiones in honoribus & invidiam.

Linea vitæ ramos habens extensos versus mediam naturalem.

L. sub angulo ubi concurrunt hepatica & vitalis.

L. alia si ad tuberculum Sol. recta excurrat, divitias á fœmina & dignitates.

L. Mensalis si incisuras seu ramusculos superius extendat versus tuberculum Iov. honores, promotiones, divitiasque promittit.

Li-

L Mensalis in monte Iov. sub finem exitus sui, si recta & subtilis appareat, illum super fratres æquales & propinquos suos; elevatum iri, ut iis dominetur.

Si una vel geminata ✝ circa mensalem reperiatur, dignitates Ecclesiasticas notat.

In quorum mensa ✝ bene proportionata circa tuberculum Iov. vel loco ✝ character Iov. è regione annularis apparet, dignitates & honores apud magnates & illustres, Iov. character Ecclesiasticas dignitates, promotiones; idque confirmatur ulterius si triplex Crux vel Stella in mensa appareat.

Crux vel Stella in medio mensæ conspicua, hominem qui aliquando fortunæ adversitati ad rerum penuriam dilapsus, rursum virtute emersurum famæ innuit.

Trigonus æqualium laterum bene coloratus, celebritatem.

Si à restricta ascendens linea, tuberculum Iov. vel indicem petat, honores & divitias, extra patriam.

Linea restricta ad auricularem & tuberculum Sol. ascendens, inopinatos honores, promotiones, favoresque notat.

Linea geminata ad Sol. tuberculum ascendens, recta non fracta, neque incurvata, sed æqualis, sibi similis & constans rerum magnarum gestatorem, regiis negotiis, officiisque exequendis præficiendum atque inde honores, divitias reportaturum notat. Confirmatur hoc si in primo articulo digiti annularis duplex quoque linea apparuerit. Sin verò tortuosa, terti instar gyrata apparuerit, multis laboribus, servitiis & officiis illum

honores & dignitates Potentissimorũ Monarcharum nacturum, ostendit.

Si in tuberculo Sol. lineæ transversaliter accurrentes, tuberculi lineolas non secuerint, sed ad latus ipsis quasi substiterint; hunc inimicis dominaturum, eosque prostraturum feliciter, arguit.

Lineolæ à Mensa vel etiam ab inferiori manu ad radicem digiti Sol. accedentes duæ parallelæ, tortuosæ, & in morem præterfluentis sinuatæ, felicissimum sunt signum; in dignitatibus enim acquirendis, optimis virtutibus assumendis scientiam, prudentiamque arguunt.

Quatuor lineæ parallelæ in prima junctura digiti Sol. arrogantiam occultam, dignitates & divitias.

In digito Sol. in secunda & tertia junctura 4. lineolæ parallelæ, super omnes ex eodem stemmate natos, elevatum iri, promittunt.

Linea una ex inferiori articulo digiti Sol. per omnes juncturas ascendens, supremum articulum, famæ & nominis celebritatem in toto terrarum orbe habiturum, significat.

In pollicis acino prope ungves si claræ & conspicuæ lineæ adsint.

Linea à mensali versus annularem ascendens, honores, versus medium vitam quietam, versus naturalem descendentes, utilitatem ab amicis.

Linea Capitis à corpo ad indicis tuberculum protensa, honorificas & splendidas legationes.

In monte annulari una linea ad radicem digiti ferè extensa, & conspicua [illegible] dignitates seculares, philosophiam & artes liberales.

Trigonius vel + in monte Iov. honores & bona Ecclesiastica conciliat.

Divi-

IX.

*Divitiæ.*

Tres lineæ in fine ferè pollicis, ſunt ſigna divitiarum in ſenectute.

Tres lineæ in medio ferè monte pollicis, divitias in media ætate.

Tres lineæ in inferiore parte pollicis, divitias in juventute.

Si ſoror vitalis per perpetuo vitalem comitetur, divitias perpetuas promittit.

Si ſoror vitalis non ſtatim in ſummo tubero incipiat, ſed in medio fortè, aut non procul ab imo, in prima quidem ætate rerum penuriam, in media verò & in ſequenti vitæ termino, copiam, & omnium rerum afluentiam.

L. vitæ ramos habens extenſos verſus mediam naturalem, divitias.

Si ſub angulo, ubi concurrunt hepatica & vitalis linea alia ad tuberculum Sol. recta excurrat, divitias à muliere.

Si linea Menſalis inciſuras ſeu ramuſculos ſuperius extendat verſus tubeculum Iov.

Menſæ locus ſi ſuperiori loco, verſus vitalem, ſit aliquomodò anguſtus, in medio adhuc anguſtior, in infimo loco, verſus hypothenar, latior, & capacior, hominem ſignificat in juventute liberalem, in virili ætate avarum, in ſenectute divitem.

Menſa, ſi ſupra ad vitalem ſit latior, & capacior, quam circa percuſſionem, hominem in juventute divitem, in ſenectute verò pauperem oſtendit.

Linea illa in Raſcetta, quæ manui eſt proxima,

si fuerit æqualis, recta & optimo colore depicta, sursumque tendat, inopinatam fortunam & divitias.

Si linea à Rascetta ascendens tuberculum Iov. vel indicem petat, divitias extra patriam.

L. vitæ furcata versus montem Iov.

L. vitæ furcata versus hepaticam, in parte superiori.

L. Mensalis, projiciens ramum inter duos digitos, & alterum ad montem Saturni, divitias per conjugem vel fœminam.

L. Mensalis habens ramos rectos tendentes ad montem Iov.

L. restricta, recta, manui propior, continua, bonique coloris

L. Saturni si ascendat à restricta versus manum & si recta & continuata, ac transeat versus exteriorem manum, divitias, & quod è paupere futurus sit dives.

L. Saturni ramosa, divitias, & ex pauperie in divitias mutationem, sed oportet, ut sit illa linea intersecta.

L. Saturni transiens ad radicem annularis, & revertens vel reflectens auricularem.

L. Saturni si jungat sese, ad radicem annularis, fortunam per fœminas.

Quadrangulus Crucem in se habens, significat incrementum bonorum, ex propria industria, cum labore.

Mons Iov. elevatus & radiis dissectis destitutus.

Mons Iov. habens crucem in medio aut stellam bene formatam.

Mons Satur. elevatus sine lineis & radiis, arguit hominem felicē, in mobilibus, in terra & domo.

Mons

Mons Satur. habens ad se à linea mensali transeuntem ramum.

Mons Sol. elevatus sine radiis; malè apparentibus.

In Pollice inter ungvem ac juncturam, lineæ claræ & longæ.

In Pollice æquales, sulci sub infimo ejus articulo deducti.

In medio digito lineæ æquales, fortunam in venis metallicis.

In annulari lineæ æquales in prima junctura.

Lineæ longæ, æquales & parallelæ in digiti Saturni quavis junctura repertæ, bonum omen in fodinis metallicis.

In pollicis acino propè ungves si claræ & conspicuæ lineæ adsint.

Lineæ longæ æquales & parallelæ in primo pollicis articulo extrorsum prominentes, divitias ab uxoribus.

Mons medii Digiti unica tantum linea scissus, in acquirendis divitiis felicitatem innuit.

## X
### *Felicitas, Fortuna.*

L. Mensalis projiciens ramum aut intrans versus medium & indicem, adjumentum fortunæ & deceptionem.

L. Mensalis projiciens ramum inter duos digitos, & alterum ad montem Saturni, bonam fortunam per fœminam.

L. Mens. habens tres lineas vel in fine quosdam ramusculos, videlicet juxta montem Iov. directè respiciens, angulum supremum, fortunatum notat.

L. Saturni plena ac integra & ad medium digiti pro-

protenſa, felices eventus in conſiliis & actionibus notat.

Saturni linea ſi tranſeat ad radicem annularis, & revertatur vel reflectat ſeſe verſus auricularem, proſperitatem & bonam fortunam.

Saturni linea ſi jungat ſeſe ad radicem annularis, fortunam per fœminas.

Via lactea integra & ad auricularem producta, magnam proſperitatem.

Quadrangulus Crucem in ſe habens.

Mons Iov. duas vel 3. lineas habens valdè apparentes fortunam notat cum Prælato vel primario Theologo.

Mons Iov. nullas habens lineas & ipſemet apparens optimè.

Mons Saturni elevatus ſine lineis & radiis, arguit hominem felicem in mobilibus.

Saturni mons habens ad ſe à linea menſali tranſeuntem ramum, fortunam in bonis mobilibus.

Linea reſtricta projiciens ſimplicem vel duplicem lineam ad Sol. tuberculum, inſperatum bonum notat.

In digitorum medio lineæ æquales fortunam in venis metall.

De reſtricta tranſiens, una linea continuâ directè ad naturalem in prima ætate vitam communem, & in ſecunda meliorem.

Linea reſtricta habens in ſe Crucem vel Stellam, vitæ tranquillitatem in ſenio.

L. Martis, ſive ſoror Vitalis proſperum denotat in Militia ſucceſſum.

Via lactea in tanta longitudine protenſa, ut ad tuberculum Mercur. fere aſcendat, fortunatum & feliciſſimum notat.

Linea Saturnina uſque ad mediam naturalem protenſa, lætum exitum in omnibus negotiis.

L. Menſalis ſi ultra montem Iov. excurrat.

Menſa decenti capacitate & latitudine conſpicua.

Inciſuræ & lineolæ decoræ in menſæ ſpatio conſpectæ, felicem in omni negotio deſignant.

Linea Cephalica ſi à Raſcetta indiviſa nec interrupta, decenti proportione & colore ad mediam ſeu hepaticam aſcendat, rectumque triangulum cum hepatica & vitali includat, felicem.

Cephalica ortum ſuum à reſtricta ducens ſenectutem tranquillam, placidam & quietem cum gloria.

Si à raſcetta aſcendens linea, Saturninæ inſtar, infra Hepaticam ſubſiſtat, tranquillam ſenectutem & optatam.

Si unica à raſcetta aſcendens hepaticam penetret altiusque ad tuberculum Satur., uſque pertingat, dextram ſortem in agricultura, fodinis metallicis, re familiari & aliis negociationibus, quæ Saturno debentur.

In tuberculo Iov. + vel * ſimplex geminatave apparens bonum eſt omen. Stellulæ in principio vitalis verſus pollicem, hominem glorioſum & fortunatum.

Linea à Raſcetta per mediam manum extenſa ad medium digitum, proſperitatem.

XI.

*Fur. Infidelis.*

L. media naturalis tortuoſa, non ſibi conſtans, ſed inæqualis ac diverſicoloris.

L. Cephalica habens fiſſuram vel Stellulam deorſum verſus caveam Mart.

Tri-

Trigonus habens lineam superiorem versus mensalem longiorem cæteris versus pollicem vel indicem, furtum ostendit.

Linea mensalis aut omnino absens, aut non apparens, hominem suspectæ fidei & qui in omne malum facile proclivis est.

Linea media naturalis brevis vel delicata, hoc est, non ampla, Infidelem.

Stella in Triangulo circa angulum dexterum evidenter expressa in manu viri, perfidum, furem, raptorem, qui per fas per nefas omnia agit.

Si linea quædam Capitalis seu Cephalica in caveam Martis descendat, ibique Stellam inferius versus percussionem declinans faciat, furem, raptorem, fraudulentum.

Linea naturalis abbreviata & decurtata, ut cancavum manus non excedat, perfidum.

Naturalis tortuosa, sibique non constans, inæqualis, & diversicoloris furtum & animi qualemcunque pravitatem.

L. Naturalis ad hypothenar respiciens bifurcata, infidelem, hypocritam.

Si plures lineæ in tuberculo Mercur. rectæ vel transversales crassiores & rubicundæ concurrant, Furem, raptorem.

L. Naturalis subtilis, longa, & malè apparens, infidelem, proditorem.

L. Mensalis absens, supectæ fidei hominem.

L. Cephalica ad auricularis montem extensa, furem.

Circulus in digito auriculari, furem abstinentem; sed cum Linea tortuosâ, furem vitiosum.

Linea grossa & fovea quasi à secunda junctura auricularis ad radicem digiti, & duæ lineæ ad modum ✝ sese secantes, item tortuosæ & reflexæ

inter

inter primam & secundam juncturam, Furem & fatuum.

## XII.

### *Hæreditas.*

In Pollice complures lineæ transversim in extremo articulo procedentes.

L. Naturalis geminata vel duplex apparens.

In externa junctura indicis 3. lineæ transversales ductæ, ex defunctis hæreditatem.

Quot cruces in Rascetta, tot hæreditates.

Saturnina benè constituta, prædictionem certiorem reddit.

In Rascetta lineæ in modum + vel stellarum sese intersecantes hæreditatem aut futurum bonum pronunciant. Versus finem tamen vitalis crux, hæreditates cum lite & controversia maxima.

Lineæ transeuntes in ipso monte pollicis versus partem inferiorem, & exeuntes á dorso manus integræ, æquales, & continuæ, hæreditates & bona á mulieribus.

## XIII.

### *Homicidia.*

Si in manu, juxta lineam vitæ prope Rascettam reperiatur transversa cum duobus punctis q. arguit parricidam vel sacrilegum.

Linea Naturalis spatio quodam nodosa, seu puncta continens, quot ibi fuerint nodi, tot homicidia vel commissa vel committenda significantur.

Stella si in prima junctura Saturni digiti repetiatur homicidium commissum vel committendum

dum arguit, præsertim si Mars concavum coincidat.

Vitalis grossa, bellicosum & sangvinis effusorem.

L. naturalis tortuosa, vel circularis ad mensalem tendens, sangvinis effusorem, insanum & de vita sæpe periclitantem.

Lineæ infra naturalem sese intersecantes,

Linea vel lineæ à vitali tendentes, ad medium, mensalem scindentes, mulierem proprium partum necasse, docet.

Figuræ circulares in Naturali homicidia notant.

Semicirculi in vitali & naturali, idem intimant.

XIV.

*Infelicitas, Infortunium, Contemtus.*

Lineæ transversæ in Mensa Stellam vel crucem intersecantes, aut crux tortuosa, Infortunia magna.

Tota mensa aliquando in manibus deest, quod fit quando mensalis deficit linea, & in hoc casu denotat hominem infelicem.

Incisuræ & lineolæ in mensæ spatio indecentes conspectæ, præsertim tortuosæ, curtæ, inflexæ, divulsæque, infelicitatem portendunt.

L. Naturalis curva ita ut lineam M. contingat, rei familiaris detrimenta & adversam fortunam.

Si lineæ quædam à radice restrictæ sparsim ascendant ad montem Pollicis, & in infima ejus parte jaceant; ille, cui hæ lineæ insunt, à propinquis vel honoribus suis affligetur, vulnerabitur, spoliabitur vel alio quopiam modo persecutionem & adversitates patietur.

A rascetta variæ lineæ ad montem Mercur. vel pollicem excurrentes, & declinantes, adversitates à con-

à conjuge & uxore prænunciant aliquando affuturas.

Si L. à Rascetta ad hypothenar seu Lun. montem excurrens, reperitur, & in medio restricta incipit, & ad percussionem absque Hepatica prominet, ita ut illam non attingat, præsertim si sit inæqualis, curva, curta & tortuosa, ea in hoc sensu magnas adversitates vel clandestinas insidias, oppressiones, fraudes, hostiles insultus, technasque latentes ostendit.

Si L. Mensalem lineæ incidentes stringunt, domesticorum infidelitatem, reique œconomicæ detrimentum

In tuberculo Sol. si lineæ à radice digiti ad mensam excurrentes sint discontinuæ, ruptæ, divulsæ, distortæ, intersectæ variis lineolis transversalibus, & quasi cancellatæ, hominem suopte ingenio ad alta eniti, & interdum ascendere, sed non absque infamiæ periculo retro lapsurum.

Lineæ in inferiori articulo digiti Sol. transversales, impedimenta & sinistrum favorem magnatum indicant, nisi forsan lineis aliis secundum longitudinem digiti descendentibus hæ transversales intersecentur, sic enim intercipitur illa calamitas.

Linea quædam inter indicem & medium longissimum oriens, ad radicem tuberculi Saturni accedens, præsertim si ab aliqua alia intersecetur lineola transversim accedente, lapsum ab alto, artuum fracturas

Linea à Mensali ascendens Tuberculum Saturni secans, hominem mirificè anxium, qui quotidianis commordetur curis, quem sollicitudines inquietum agunt, quique assiduè intra se aliquid meditans cor edit, seque curis & animi gemiti-

bus conficit, nunquam tamen ex iſtis curis locupleș evaſurus.

Craticula in tubere Iov. cónſpecta, nocumenta, damna & detrimenta à muliere generoſa affutura oſtendit.

In Raſcetta plures Cruces verſus Vitalis finem, diffamationem mulierum cauſa,

L. Media naturalis habens ramos vergētes verſus vitalem profundos, cum punctis vel parvulis foſſis, magnum damnum & Exilium,

Linea naturalis vergens verſus pollicem.

L. media naturalis ex altera parte recurvata, ſi tangat lineam menſalem.

L. media naturalis faciens fiſſuram notabilem per vitalem ad montem veneris, & Mart. ſororem.

L. menſalis projiciens ramum aut intrans verſus medium & indicem, deceptionem à ſuis.

L. menſalis nuda ſine lineis aut ramis & ſe porrigens ad indicis radicem.

L. reſtricta ſecans pollicem, deceptionem à parentibus & cognatis.

L. reſtricta projiciens lineam per montem Veneris, adverſitates á conſangvineo vel uxoris cauſa.

L. reſtricta media projiciens lineam ad montem Lun. adverſitates, & quidem ſi tortuoſa eſt, malum duplicat.

L. Saturni non continuata ſeu combuſta & deficiens.

Via Solis diſſecta & inæqualis, impedimenta honorum.

Via Lactea diviſa & tortuoſa.

Cingulum Ven, diſſectum in montem Satur,

ſue-

& infamiam.

Mons Iov. habens Crucem malè apparentem, impedimentum.

L. montem Sol, interſecans & veniens ex latere montis Mercur. verſus montem Satur. tendens oſtendit impedimentum & interruptionem fortunæ ex parte lubricitatis & luxuriæ ipſius.

Mons Ven. habens Crucem prope primam pollicis juncturam, infelicem in matrimonio.

Satur. mons multas habens ſuper ſe lineas, carcerem indicat.

L. Menſalis bifurcata verſus indicem, vitam laborioſam.

L. Saturnina ſi plane deſit, item ſi fracta, rupta, tortuoſa vel anfractuoſa appareat, magnas adverſitates in re Oeconomica.

Quando Solaris linea in manu planè non reperitur, hominem nullius autoritatis, officii, & dignitatis arguit, præſertim ſi conſentiat tuberculum Iov. & Ven.

L. vitalis brevis, obverſis rimulis ſciſſa, pallida, infelix, rariſſimè aliquid ad optatum finem perducentem.

L. vitæ multas inciſuras miſtas quaſi capillitiorum tortuoſas reſectiones habens, infortunatum hominem notat.

L. Menſalis juncta cum hepatica multas adverſitates oſtendit, talemque hominem ad multa animi & corporis pericula deventurum ita ut ipſum vitæ aliquando tædeat.

L. Menſalis ſi Iov. colliculum nondum attingit, ſed ſub tuberculo Saturni deſinit, plurimas calamitates notat.

Tres lineæ ad menſalem deſcendentes, una inter

ter indicem & medium, altera inter medium & annularem, tertia inter annularem & auricularem, omnes adversitates.

Linea quædam à mensali ad spacium inter annularem & medium digitum ascendens, hominem notat laboriosum multisque curarum anxietatibus occupatissimum.

Cui nulla est plane linea mensalis, infelix.

L. mensalis bifurcata ad tuberculum Iov. vel Saturni hominem laborissimum variisq; fatigationibus implicatissimum.

In mensa intricata lineamenta, multas adversitates & privationem honorum.

Crux vel stella in medio mensæ conspicua, hominem qui fortunæ adversitate ad rerum penuriam dilapsus suapte rursum virtute emerget, sinistrum tamen quoque rumorem feret aliquando, mulierum causa.

Crux in medio vitalis versus concavum perditionem divitiarum, dignitatis, officii & exilium minatur.

Naturalis mensalem tangens, damnum.

In fine Saturninæ lineæ conglomeratæ, intercisæ & reflexæ post maximam fortunam infortunium pessimum.

Lineæ quædam tortuosæ & circumflexæ in fine montis manus maximum infortunium ex aquis aut in loco aquoso.

Mons medii digiti pluribus lineis divisus, difficultatem, intersecatus, infortunium & impedimentum.

XV.

*Ingeniosus, Prudens, Eloquens.*

L. Vitalis stricta & subtilis, benè colorata versus

ſus mediam naturalem procedens, ſubtilis intellectûs hominem notat.

L. Vitalis mediæ naturali benè conjuncta & in angulo parallelis vel Cruce ſignata, ingenii bonitatem notat.

L. Hepatica recta & indiſtincta, nec lineolis, capillamentisque tranſverſaliter diviſa aut ſciſſa, ingenium vivax, memoriam bonam notat.

L. Naturalis ſeu Hepatica conjuncta cum Vitali ingenioſum in judicio notat.

L. Cephalica projiciens in montem Lun. lineas æquales, bonam cerebri diſpoſitionem.

L. Fortunæ ſeu Saturni plena, integra, ad mediumque digitum protenſa, cogitationes profundas, & felices eventus in conſiliis.

Via Lactea proportionata & benè continuata in mulieribus, ſermonis elegantiam & cerebri fortitudinem notat.

Triangulus quanto eſt concinnior, tanto ingenium eſt felicius, hoc eſt, quanto magis ex lateribus æqualibus conflatur.

In prima junctura Auricularis verſus tuberculum Stella denotat ingenium & facundiam.

L. reſtricta projiciens lineam ſimplicem vel duplicem ad Montem Mercurii, hominem multis rebus aptum.

Via lactea benè proportionata, judicium, diſcurſum, memoriam bonam.

Si conſentiat Ven. feliciter in tuberculo pollicis, eloquentem

Via lactea in tanta longitudine protenſa ut ad tuberculum Mercur. ferè aſcendat hominem prudentiſſimum.

L. Saturnina ad mediam naturalem ſeu hepaticā protenſa, ingenioſum, cogitabūdumq; notat.

L. Solaris integra, clara, conſpicua, profunda, mediocriter rubicunda uſque ad menſalem lineam vel ipſam menſam extenſa, magno ingenio & præclaris conſiliorum dotibus præditum, notat.

L. Vitalis ſi naturali hepaticæ ſeu mediæ decenter adhæreat & in Thenaris angulo ſignum + efficiat, hominem liberalis & magni animi, boni conſilii, ſubtilis intellectûs, ſignificat.

Circulus in Menſa repertus, hominem prudentem, eruditum, diſertum, inque variis diſciplinis politiſſimum indicat, præſertim ſi Ven. & Mercur in ſuis tuberculis huic conſentiant.

Linea Cephalica ſi à Raſcetta indiviſa nec interrupta decenti proportione & colore ad mediam ſeu hepaticam aſcendat, rectumque triangulum cum hepatica & vitali includat, hominem ſapientem & placidum.

Cephalica ortum ſuum à reſtricta ducens, prudentiam multijugo rerum uſu experientiaque virûm.

Cephalica menſam verſus bifurcata, Mercurialem ad omne ſcelus ingenioſum.

Linea à Reſtricta ad montem Mercur. excurrens, ita ut cephalicæ & viæ lacteæ quaſi comes adjungatur, promtitudinem animi ad omnia ſignificat & ingenii bonitatem futuram portendit.

Si duæ lineæ tortuoſæ à Raſcetta ad Mercur. tuberculum tranſierint, homo multis erit aptus rebus, ſed in maximis ſuis laboribus perpaucas colliget.

Tuberculum Sol. lineis longis à radice digiti ad menſam uſque excurrentibus, æqualibus, continuis non interſectis, ſi ornetur, acre, felixque in-

ge-

genium variis disciplinis deditum, arrogantem, summa affectantem, prudentem.

Lineolæ à mensa, vel etiam ab inferiore manu ad radicem digiti Sol. ascendentes duæ parallelæ, tortuosæ, & in morem præterfluentis aquæ tortuosæ, valde doctum, prudentem & virtutibus multis præditum.

Prima junctura digiti Sol. 4. lineolis parallelis insignita, ingenii bonitatem ex doctrina notat.

Linea una à radice digiti Mercur. ad medium Saturninum deflectens, virum ostendit præclaræ indolis & indoneum & fortunatum.

In digito Mercur. in prima junctura ✝ eruditum & ingeniosum.

In digito Mercur. transversaliter sectæ lineolæ in suprema junctura, solertem, argutum, technosum & applicabilem.

Linea à Cephalica ad Mercur. tuberculum ascendens, illud quasi hemicyclo complexura, peculiare quid in sua professione eum præstiturum docet.

L. Capitis in hepaticam desinens, bonum ingenium.

L. vitæ & Capitis faciens in angulo crucem bifurcatam, seu juxta montem pollicis sese secantes, bonitatem intellectûs.

Saturnina capitis & naturalis triangulum facientes, si fuerint subtiles & proportionatæ, indagatorem rerum naturalium & scientiæ cupidum.

Mons annularis habens unam lineam ad radicem digiti extensam, Philosophum notat & doctum cum honoris titulo.

Lineæ subtiles & claræ inter primam & secundam juncturam, auricularis, nobilitatem ingenii in diversis facultatibus.

XVI.

*Inimici, Invidi.*

L. media naturalis faciens fiſſuram notabilem per vitalem ad montem Ven. & Martis ſororem, inſidias ab inimicis.

Via ſolis diſſecta atque inæqualis, Magnatum odium & iras adfert.

L. media naturalis disjuncta cum vitali, invidiam.

L. media naturalis ex altera parte recurvata ſi tangat lineam menſalem, invidiam.

Via Solis diſſecta & inæqualis, invidiam, in honoribus adipiſcendis, & impedimentum.

Mons Lun. habens lineas procedentes de parte inferiore hujus montis, ac intrantes ipſum Montem, denotat tot invidos & inimicos, quot ibi ſunt lineæ tales Et notandum eſt, quid inimici ſint aut parvi aut magni ſecundum magnitudinem aut parvitatem linearum, atque etiam ſecundum quantitatem linearum.

L. Solaris tranſverſim ſemel vel bis à lineis intra digitorum ſpatia excurrentibus interſecata, invidiam & perſecutiones honorum clandeſtinas à ſuis intimis.

Tres lineæ ad menſalem deſcendentes, una inter indicem & medium, altera inter medium & annularem & auricularem, inimicitiæ argumentum evidentiſſimum.

Si Trianguli cutis rugis exaſperata ſit, hominem invidum, inſidioſum, obtrectatorem & ſycophantam notat.

Si à Raſcetta fluxuoſæ & tortuoſæ lineæ ad Saturni tuberculum aſcendant invidum, alienæ felicitatis.

Qui-

Quibus ſe dividit Menſalis, ut fiat bifurcata, iis multæ ſtruuntur à minoribus inſidiæ.

L. Cephalica à naturali plurimum diſtans, hominem invidum notat.

XVII.

*Iracundus.*

L. naturalis, ſejuncta à vitali in angulo ſupremo, ſive non conjuncta cum vitali, furioſum notat.

L. naturalis projiciens ramos interſectos, ita videlicet, ut rami ab ea verſus vitalem progredientes aliis quibusdam lineis interſecentur.

Lineæ optimè proportionatæ, decoræ, claræ, diſtinctæ in tuberculo Lun. felices peregrinationes.

Qui crucem habent in fine lineæ menſalis, iter iis felix decernitur.

Vitalis habens ramos extenſos ſurſum verſus naturalem divitias cum honorificis profectionibus.

Crux in fine & principio menſalis, fortunas extra patriam.

Lineæ quædam tortuoſæ & circumflexæ in fine montis manus, maximum infortunium ex aquis portendit, aut in loco aqueo.

In monte Lunæ lineæ continuæ & parallelæ, itinera per aquas fortunata, diſrupta, contrarium ominantur.

XVIII.

*Iuſtus, Fidelis.*

L. media naturalis recta & indiſtincta nec capillamentis transverſaliter diviſa aut ſciſſa.

Mons Ven. bene elevatus cum lineis æqualibus

& characteribus pulchris justum, animo nobili præditum.

Trigonus concinnus, æqualium laterum, fidelem, magnificum, liberalem.

Duæ lineæ æquales & parallelæ de mensali ad naturalem porrectæ, hominem iustum.

Lineæ 3. in Pollice, sunt signa fidelitatis.

Crux vel stella in medio mensæ conspicua, significat virum magnanimum, æquum, apertum, veracem, optimæ conscientiæ.

Tuberculum Saturni si planum, lene, leve, & sine rugis plane sit, hominem simplicem, fraudis expertum.

## XIX.

### *Liberalis, Prodigus.*

Crux parva in linea mensali juxta montem Iov. liberalitatem notat.

Triangulus interruptus aut deficiens in aliqua vel pluribus partibus, prodigalitatem.

Triangulus amplus & patens, animum liberatem denotat, Quad. amplus & latus decentique figura idem significat.

Mensa decenti capacitate & latitudine conspicua liberalem notat.

Mensæ locus si superiori loco versus vitalem sit aliquo modo angustus, in medio adhuc angustior, in infimo loco versus hypothenar latior & capacior, hominem significat juventute liberalem, in virili ætate tenacem, in senectute divitem.

L. Naturalis distans à vitali in angulo, si mensæ accedat latitudo, hominem arguit apprimè liberalem, & ferè prodigum non curantem corporis bona, divitias, pecunias.

Si linea recta una gracilis, & probè colorata à tu-

tuberculo Mercur. ad mensalem usque descenderit, hominem arguit magnificum, liberalem.

Naturalis à vitali distincta lineis parvis interjacentibus & sel intersecantibus, prodigum & inde pauperem.

L. Cephalica à naturali distans, hominem prodigum.

## XX.

### *Liberi.*

L. mensalis in proprio & destinato loco, bonitatem & procreationem infantum, in fœminis liberorum pariendorum aptitudinem.

Sub initium annularis in infima parte tuberculi prima linea brevis, altera longior, filios notat.

In radice digiti, annularis 4. lineæ, signum est filiarum.

Si plures lineæ in manu muliebri sint, eæ inter Sol. & Satur. digitum, secundum longitudinem, descendentes, illam mulierem dicunt procreationi esse aptam pluresque habituram filios, quam filias. Quamvis de prolis qualitate ex Chiromantia nil certi statui posse videtur eruditis, cum illud negotium nō sit unius causæ efficientis actio, sed plurimum certa proportione sibi mutuo junctarum effectus.

In secunda junctura Indicis apparentes tres lineæ secundum digiti longitudinem, quarum prima longior & duabus transversim intersecetur, reliquæ duæ breviores, numerosam prolem.

In medio indicis articulo lineæ longæ parallelæ, in muliere fertilitatem, in viro scurram.

## XXI.

### *Luxuriosus.*

Linea Vitalis sorore comitante conspicua, luxuriam magnam notat.

L. Mensalis non se inclinans ad aliquem locum nec exiens de suo loco.

S. linea intersecans veniat ex latere montis Mercurii, versus montem Saturni tendens, ostendit interruptionem fortunii ex parte lubricitatis & luxuriæ ipsius.

Mons Ven. benè elevatus, cum lineis æqualibus & characteribus pulchris, arguit hilarem, luxui deditum.

Mons Mercurii lineas æquales in se habens, significat luxuriam.

XXII.

*Loquax.*

Ramus transiens de linea mensali ad naturalem, garrulum, qui pro lingva sua passurus est periculum mortis.

Linea vitæ grossa profunda & diversi coloris per puncta rubra pallens, ac si livida fuerit, garrulum.

Si multæ lineolæ ad radicem auricularis appareant carvæ, & circulariter mistæ, in mulieribus loquacitatem, inconstantiam & insolentiam.

Duæ + in prima pollicis junctura, quæ tuberculo Ven. proxima est.

Absentia lineæ capitis, velocitatem in loquendo arguit.

Trigonus angustus & lividus, lingvæ præcipitantiam.

XXIII.

*Mendax.*

Linea Cephalica habens stellam vel fissuram deorsum, in area Cava Martis.

Li-

Linea Menſalis deſinens infra montem Saturni.

Via lactea diviſa & tortuoſa.

Triangulus interruptus, aut deficiens, in aliqua vel pluribus partibus, Trigon. abſens.

Si linea à reſtricta ad montem Mercur. excurrens, ita ut cephalicæ & viæ lacteæ quaſi comes adjungatur ſimulque rupta, divulſa, fracta, inæqualis, diſcontinuave ſit, in media manu deſinat, inconſtantem, garrulum, levem, mendacem & aſſentatorem notat.

Si plures lineæ in tuberculo Mercur. ſive rectæ ſive transverſales craſſiores & rubicundæ concurrant, Mendacem, ſuſurratorem.

L. Menſalis è regione medii finiens.

Qui naturalem & vitalem non conjunctum habent, nec anguloſum, ſeu non clauſum triangulum, è regione ſpatii inter Saturnum & Iov. ſed notabili ſpatio diſſidentes, mendaciis ſeſe polluunt.

## XXIV.

### *Malus, Malitioſus.*

L. Media naturalis furcata verſus vitalem, naturam malignam.

L. Cephalica furcata verſus vitalem, naturam malignam.

L. Menſalis tortuoſa, hominem iniquum.

L. Menſalis brevis, curta, inciſa, contorta ac diſſecta.

Mons Saturni habens lineam ſubtilem & male apparentem, hominem vilem & pigrum.

L. vitæ groſſa, profunda & diverſi coloris, per puncta rubra pallens, ac ſi livida fuerit, maliti-

am, calliditatem invidum, garrulum, jactabundum, notat.

Si sub angulo, ubi concurrunt hepatica & vitalis linea alia ad tuberculum Saturni excurrat, notat hominem ἑπιχαιρέκακον.

Vitalis valde grossa & rubicunda, fallacem, inconstantem.

Crux parva in linea vitæ manus dextræ fœminæ, mulierem nefariam sceleratissimamque notat.

Cui nulla plane est linea mensalis, in omne malum propensus est.

Mensa angusta, informis, arctè clausa, & ferè angulosa, crudelem & truculentum.

Trigonus absens mendacem arguit & inconstantem.

Sin rugis exasperata sit cutis trianguli, invidum, insidiosum, obtrectatorem & Sycophantam notat.

Quatuor lineæ ad modum crucis se intersecantes, in superiori angulo repertæ, invidum, detrectatorem & pessimæ famæ hominem.

Stella in Triangulo circa angulum dexterum evidenter pressa in manu viri, perfidum, turbulentum, deceptorem, maledicum & detractorem arguit.

Cephalica, mensam versus, bifurcata, versutum, callidum, insidiosum, ad omne scelus ingeniosum.

Hepatica sursum ad digitos vergens, virum impudentem & malitiosum.

Hepatica seu naturalis tortuosa, sibique non constans, inæqualis & diversi coloris, parvum animum.

**Si à Rascetta fluctuosæ & tortuosæ lineæ ad Satur-**

turni tuberculum aſcendant, hominem ad peſſima quælibet inclinantem, notant.

Si quæ à principalibus lineis ſectiones ſeu ramuſculi quaſi ad Saturni tuberculum deflectant, peſſimis moribus hominem vitæque iniquiſſimæ.

Naturalis ad digitos ſurſum extenſa, impudentem, malitioſum.

In cujus manu Menſalis non eſt, Malevolum, contentioſum, iracundum, ſuſpectæ fidei, in omne malum proclivem.

L. Cephalica à naturali diſtans, detractorem, crudelem.

Mons auricularis multum lineatus, iniquum, malignum, callidum.

## XXV.

### *Morbus.*

Linea Vitalis brevis, diſcolor, livida, & tenuibus rimulis ſæpe obverſa & ſciſſa, virium imbecillitatem notat.

L. Vitæ confuſa, habens in ſe capillamenta, & quidem ſi inveniantur juxta cavitatem, in media ætate.

L. Vitæ diſcontinua & diſrupta, extremum vitæ periculum eo anno, quem linea in 10. annis diviſa, notabit.

Vitalis infra naturalem L. aſcenſus ad Saturni uſque tuberculum, morbum Saturninum & peſtem.

Linea à Vitali ad Martis caveam tranſiens, febres.

L. media naturalis habens in ſe puncta, damnum oculorum notat.

L. media naturalis brevis, & delicata, hoc eſt, non

non ampla sed tenuis, debile jecur, & cerebrum ac ascendentes à stomacho in caput vapores.

L. naturalis tortuosa, non sibi constans sed inæqualis ac divisi coloris, malam hepatis dispositionem, morbosque ex hepatis debilitate oriundos.

L. naturalis curva & concavum manus non pertransiens, morbos.

Linea naturalis satis alta atque elevata super vitalem, cordis intemperiem, ut palpitationem, syncopen &c.

L. naturalis radios à Marte exurgentes habens, vehementem hepatis fervorem notat.

L. Cephalica juncta cum vitali & non cum naturali, indigestionem.

L Cephalica pura, clara & non unita unam vel alteram lineam modo dictam scilic. vit. vel naturalem debilitatem cerebri.

L. Mensalis brevis, curta, incisa, & contorta ac dissecta imbecillem naturæ qualitatem, genitalium debilitatem.

L. Mensalis lineis confusis conspicua, ægritudines, sub Mercur. in prima ætate, sub Sol. in virili, sub Satur. in senio

L. restricta, intercisa, tortuosa nimisque pallida, corporis debilitatem.

L. Saturni si procedat à rascetta versus montem Saturni, infirmitatem ac dolorem nervorum.

L. Saturni non continua & recta, Febrem.

L. Saturni tortuosa & duplex, morbum Neapolitanum, sive Gallicum.

L. Saturni juncta cum radice medii digiti, infirmitatem & humorem melancholicum.

Quadrangulus talem Sol. comprehendens figuram, denotat malum oculorum,

Mons

Mons Iov habens Lineas vergentes versus medietatem sui, & versus radicem indicis bifurcatas, significant Febres quartanas.

L. Cephalica projiciens in montem Lun. rimulas inæquales & incompositas, in viro debilitatem arguit cerebri.

Linea Vitæ discontinuata infirmitatem naturalem.

Si in medio trianguli naturalis unum punctum appareat, unus oculus amittetur, sin duo, perdentur ambo.

Via lactea incisa vel frustulatim dissecta, capitis morbos.

Via lactea si planè non apparet, indicium est capitis morborum, catharrorum, & aliorum cerebri affectuum.

L. vitæ multas incisuras, instar capillitiorum, tortuosas resectiones, morbosum.

L. Vitalis si non sit continua sed distantiis nonnullis intersecta, quasi divulsa esset, aut interrupta, morbum lethalem vel vitæ periculum.

Hepatica sive naturalis deformis, incisa, rupta vel discontinua, morbos hepaticos ut Icterum, Hydropem, Cachexiam, Phthisin, obstructiones Epatis notat.

Hepatica benè obducta cute, & rubicunda, rubor tamen ille si propensior sit ad Lin. vitæ quam Hepaticam, dolores capitis ex inflatione Hepatis indicat.

Sin vero è diverso magis Hepatica rubeat, circa percussionem, quam circa vitalem, Peripneumoniam, tussim hecticam, orisque squalorem indicat.

In Rascetta Linea manui proxima si fracta, rupta,

pta, divulſa, diſtorta aut diſcontinua, morbos affert periculoſos.

Lineæ incidentes in vitalem, ægritudines ſignificant, idque ſi è cavitate Mart. tum enim morbos calidos & ſiccos, quales ſunt febris ardens, Phthiſis &c. ſignificat.

Si lineam Mediam, hepaticam alia incidens ſtringat, morbos hepaticos oſtendit, idque dupliciter: Si enim ex cavea Mart. incidens linea in hepaticam aſcendat, morbi affaturi ſunt calidi & ſicci, ut intemperies Iecinoris calida, phthiſis, Icterus, febris hectica. Sin verò ex Menſa lineæ incidentes proficiſcantur morbos ab ingluvie ortos ſignificat, quales ſunt intemperies hepatis frigida & humida, ulcera tibiarum, ſcabies, hydrops, cacochimia & totius corporis morboſa diſpoſitio.

L. Vitæ ſi non ſit continua, ſed diſtantiis nonnullis interſecta, quaſi divulſa, aut interrupta, morbum lethalem vel vitæ periculum.

Circellus talis Sol. vel in linea vitali repertus, cœcitatem unius oculi, gemmus verò utriuſque oculi amiſſionem notat.

Si ſub angulo, ubi concurrunt Hepatica, & vitalis linea, alia ad tuberculum Satur. excurrat, peſtem & alia Saturnina pericula notat. Idem ſignificatur ſi è Saturni tuberculo linea deſcendens cùm vitali in medio forte uniatur.

Si alia linea à Martis cavea & tuberculo excurrens hanc vitalem interſecet, febres ardentes, apoplexiam & ſimiles morbos.

Crux in manu viri non prope ab angulo inferiori quem vitalis cum raſcetta conſtituit, pericula á morbis martialibus.

Lineæ parvæ juxta finem menſalis repertæ, in ſenio ægritudines indicant, juxta medium, in media

dia ætate, juxta principium, in juventute: Sique descendunt desuper, morbus erit cholericus si ascendant á parte inferiori, morbus erit phlegmaticus. Sin è medio quidem veniant colore livido illæ lineæ morbus erit melancholicus.

Linea mensalis si multis tricis implicata reperiatur, nocumenta genitalium portendit.

Si Cephalica fracta sit, rupta, tortuosa, in vitiis cerebri & functionum animalium debilitatem.

Linea Naturalis abbreviata & decurtata, ut concavum manus non excedat, imbecillem sanitatem.

L. Naturalis superius à vitali mediocri spatio distans, gravia cordis symptomata, ut syncopen, palpitationem cordis & similes affectus.

Si Cephalicam alia linea intersecuerit, delirium, epilepsiam, apoplexiam, maniam & alios morbos capitis & cerebri fere incurabiles.

Si Hepaticam linea alia intersecuerit, sarrhum. hydropem, icterum & phthisin & lethales affectus

Lineæ solares tortuosæ & insigniter rubentes, dolorem præsentem, pallidæ verò & lividæ, dolorem præteritum, sanitatemque minus constantem.

Linea per tuberculum Iov. excurrens & ad radicem tuberculo Saturni tricas veluti capillorum recrementa efficiens, apoplexiam vel similem aliquem morbum acutum.

Si Index à Medio sejungatur per lineam quandam inter utriusque capacitatem ascendentem ad montem Iov. intestinorum vitia, imbecillitatemque in viris.

Figuræ circulus in loco Lun. repertus, amissionem

nem unius oculi, si geminus vero circellus fuerit, utriusqu eoculi amissionem & effossionem.

Quanto major in termino vitalis tenuitas, tanto maceratio morbi longior in fine vitæ.

Linea parva & tortuosa in fine vitalis circa rascettam, magnam minatur infirmitatem.

Lineæ à vitali circa angulum dextrum ad radicem medij, per naturalem exeuntes, infirmitatem.

Naturalis inter annularem & medium recurvata, apoplexiam.

Naturalis variis incisuris turbata, varios morbos minatur.

Linea Cephalica conjuncta cum vitali, debilitatem cordis ob sangvinis largiorem in cor ipsum defluxum.

L. Saturnina in Concavo manus duplicata, tortuosa & inflexa morbum Gallicum & infirmitatem pessimam innuit.

XXVI.

*Mors.*

Crux circa indicem in Quadrangulo, in manu fœminæ sinistra, quanto magis se extendit tanto propinquiorem esse mortem ostendit.

Lineæ duæ intra indicem & medium ad tuberculum apparentes, est signum mortis in puerperio. Et si super digitum medium porrigitur, aliaque super indicem, signum est subitaneæ mortis.

Quibus linea vitæ tenujor est in fine, ille naturali moriuntur morte.

XXVII.

*Mors violenta.*

Li-

Lineæ obliquæ & tortuosæ instar signi Aquar. in acinis & extremitatibus digitorum per longitudinem, extensæ, submersionem in aquis. Si in auriculari in pueritia, in medio in media ætate, in indice in senectute in pollice in decrepita ætate.

Linea grossa & rubicunda transversaliter secans primam juncturam pollicis, suffocationem, submersionem vel suspensionem minatur.

Duæ vel tres lineæ semicirculares inter primam & secundam juncturam Pollicis rubicundæ, suspendium notant.

It. Linea continua à prima junctura usque ad secundam, decollationem & suspensionem. It. Linea circumdans pollicem circa supremam juncturam. Lineæ arcuales circa juncturam & dorsum idem.

Figura circularis juxta supremam juncturam per medium ab alia linea secta, submersionem, strangul. decollationemve minatur.

Raro à suspendio & mala morte evadet, cui principales distortæ, intercisæ & infortunatæ.

Tres à prima junctura pollicis ad vitalem, periculum ignis, & mortem ex igne præsagit idem litera C seu semicircularis figura in loco Mart.

A prima junctura pollicis recta linea ad secundam tendens mortis violentæ indicium est. Semicirculi inter 1. & 2. juncturam pollicis, idem notant.

Linea crassa & profunda à radice pollicis per medium Ven. montem excurrens nullis aliis apparentibus. Mensalis cum naturali juncta, & vitalis secta cum fractura.

L. Vitæ valde discontinuata aut si fossa fuerit in medio aut si multa adfuerint puncta, mortem subitaneam,

Li-

L. media naturalis descendens versus percussionem manus, submersionem in aqua notat.

Triangulus longus versus partem superiorem circa finem, hoc est, circa vitalem lineam transiens per montem Lunæ, versus basin significat mortem in aqua & submersionem.

L. Mensalis conjuncta cum vitali, capitis sectionem ab inimicis.

L. Mensalis finita in medio montis Saturni, & grossa in fine sine ramis, ictum in capite & mortem ex eo.

Linea Mensalis intersecta à linea directè à quadrangulo ad montem Saturni ascendente, atque parvam illic crucem habente, mortem coactam.

L. Mensalis annexa vitali, deficiente hepatica capitis ademtionem, aut lethale vulnus.

Si in percussione manus reperiatur 4 tale, præcipitio peribit.

L. Mensalis juncta cum naturali non projiciens ramum aliquem versus vitatem, denotat mortem violentam & subitaneam.

Si linea hepatis versus brachium fuerit bifurcata, malam mortem significat in muliere.

A Pollicis supremo articulo linea decurrens ad vitalem, denotat violentam mortem vel periculum ab uxore.

Linea Pollicem circumdans per mediam juncturam, minatur suspendium & præfocationem.

In medio digito Stella reperta in primo articulo minatur mortem violentam, ex submersione aut veneficio, aut ejusmodi aliis.

Crux parva in linea vitæ manus dextræ mulieris, mulierem nefariam ultimo supplicio afficiendam.

Si plane absit Hepatica & mensalis cum Linea vitæ

vitæ conjungatur, vel si hæ tres lineæ unum angulum ad Thenar constituant, significat illum hominem detruncandum, confodiendum vel periculoso vulnere lædendum.

Cui nulla est plane linea mensalis, mala is morte interiturus est.

Mensa si in superiori parte omnino angusta sit & acuetur in angulum, quod fit quando linea mensæ vitalem attingat, sangvinis profusionem & vitæ periculum per carnificem notat.

Crux in Hepatica seu naturali è regione digiti Saturni posita, mortis violentæ est indicium, præsertim si mensæ defectus accedat.

Quibus à tuberculo Saturni linea una ad restrictam per caveam Mart. descendit, carcerem & ultimum supplicium notat.

Sextil. in articulis medii digiti, mortem violentam ex casu ab alto venientem & aquis indicant.

Violenta morte interibit qui à mensalis fine ortam sectionem Jov. tuberculum recta petentem habet.

Linea á suprema junctura descendens in pollice, vitalemque intersecans, mortem violentam, propter fœminam.

Quibus linea vitæ ex abrupto definit, id est, ubi terminus crassus est, viol. mors.

Linea recta à vitali per mensalem & naturalem usque ad medium tendens, decollationem vel suspendium ob propria vitia minatur.

In fine vitalis tres lineæ versus restrictam, extremum supplicium ob scelus

Cui Vitalis à naturali notabili spatio disjuncta nullis lineis interpositis mala morte morietur.

Naturalis cum linea thori conjuncta, casum ab alto & ex veneno mortem repentinam.

Li-

L. Mensalis cum vitali unita, & angulum faciens præsertim naturali deficiente, hominem truncandum præsagit, vel mortaliter vulnerandum.

Mensali cum naturali circa principium juncta, casum ab alto, vulnera & afflictiones mortales ac mortem violentam.

Cruces multæ in triangulo suspendium vel decollationem.

Mons manus multiplicatur multis lineis sese in formam Stellæ secantibus, submersionem notat.

## XXVIII.

*Partus mulierum. Prægnans.*

Linea Cephalica projiciens in montem Lunæ rimulas inæquales & compositas, difficilem partum.

L. Cephalica projiciens in montem Lun. lineas æquales, partus felicitatem.

L. Mensalis habens incisionem ascendentem, projiciens ramum inter indicem & medium, fœminæ periculum in partu & difficultatem.

Triangulus lineam projiciens in montem Lun. rimulas inæquales & incompositas dolores in partu.

Si in Triangulo quasi foramen apparuerit & tale signum Verectum, cum rubedine, tunc mulier illa est filio gravida. Si in Triangulo multa quasi fuerint foramina & rubedo mixta prægnantem notant. Si in medio talis figura VI. apparuerit, ex adulterio concepit.

In Triangulo si angulus inferior fuerit planus & rubicundus, masculo gravidam indicat.

L. Mensalis in proprio & destinato loco liberorum pariendorum aptitudinem notat.

Ce-

Cephalica fracta, rupta, tortuosa partus difficultatem & mensium pericula.

Si index à medio sejungatur per lineam quandam inter utrisque capacitatem ascendentem ad montem Iov partus difficultatem & in pariendo pericula certissimè indicat.

In tuberculo Lun lineæ decentes, claræ & distinctæ, facilem partum.

Lineæ semicirculares in L. Mensali, renum infirmitatem & partus in mulieribus debilitatem.

## XXIX.

### *Paupertas.*

L. Vitæ extendens ramos versus restrictam, paupertatem & domesticornm infidelitatem ac insidias.

L. Naturalis descendens versus percussionem manus, paupertatem & miseram mortem.

L. Naturalis divagans in forma hemicycli præter ac circa Lunæ montem, in senecta egestatem.

L. Naturalis dissecta in fine per intervenientem lineam, egestatem in senio.

L. Mensalis bifurcata versus indicem, vitam laboriosam.

L. Mensalis nuda sine lineis aut ramis., & se porrigens ad indicis radicem, Infortunium & paupertatem.

L. restricta, intercisa, tortuosa, nimisque pallida.

Trigonus crucem in se habens tendentem versus vitalem, in triangulo respicientem directe digitum Saturni, infortunatum arguit. Si adsit soror lineæ vitalis, aut linea vitæ transeat de restricta versus cavum manus, infortunatus erit usque ad 35. annum; & deinde fiet dives.

Mons Iov. habens crucem male apparentem.

Mons Saturni si sit depressus & male apparens.

Si soror vitalis non statim in summo tubere incipiat sed in medio forte, aut non procul ab imo, in prima quidem ætate rerum tenuitatem, post vero divitias.

Saturnina si plane desit, item si fracta, rupta, tortuosa, aut fractuosa appareat, paupertatem summam.

Mensalis circa tuberculum Iov. nuda & simplex & absque ramis reperta.

Mensa si supra ad vitalem sit latior & capacior quam circa percussionem, hominem in juventute divitem, in senectute v. paupertatem ostendit.

L. Mensalis si Iov. colliculum nondum attingit sed sub tuberculum Saturni desinit, extremam egestatem.

Crux vel Stella in medio mensæ conspicua, hominem qui penuria, fortunæ adversitate quidem laborabit, sed suapte rursum virtute emerget.

L. Naturalis seu Hepatica ad Hypothenar variis lineolis & incisionibus interdistincta, paupertatem in senectute.

L. Mensalis finita versus medium indicis.

L. Mensalis extensa ultra medietatem tuberis indicis, ita ut tangat vel secet montem Iov. crudelem, iracundum.

L. Mensalis aut omnino absens, aut non apparens.

Soror Vitalis si justo sit brevior, informis & minus pro ratione proportionata, summopere iracundum.

L. Vitalis valde grossa & livida, cum quadam rubedine permista, furibundum & iracundum.

Si

Si ſpatium Trigon. incluſum, calloſum fuerit, & durum.

L. Vitalis diſcontinua & in una parte latior aut profundior quam altera, ſignificat iracundiam circa id tempus, aut aliam quandam paſſionem.

Linea naturalis longa multum & lata, furioſum.

L. Naturalis unam habens adjacentem, iracundum.

## XXX.

### *Itinera. Peregrinationes.*

Linea à vitali ad Martis caveam tranſiens, in peregrinatione infortunium.

L. Cephalica projiciens in montem, Lunæ rimulas inæquales & incompoſitas, periculum in navigando. Atque projiciens lineas æquales, felices navigationes notat.

Via lactea proportionata & benè continuata, fauſta itinera per terram mareque.

Triangulus lineam projiciens in montem Lun. rimulasque inæquales & incompoſitas, periculum in navigando.

Mons Lun. ſine rimis & rugoſitate, indicat itinera felicia per mare.

Via lactea integra & optimè proportionata, fortunata itinera, terrâ marique deſignat.

Via lactea inciſa, vel fruſtulatim diſſecta, pericula in itineribus terra marique ſuſceptis, naufragia, latrocinia ſuſtinenda.

Si linea alia à Martis cavea & tuberculo excurrens vitalem interſecet pericula à latronibus minatur.

Crux vel Stella in menſa ad percuſſionem ma-

nus apparens, feliciſſima itinera & variam locorum mutationem, fortunamque proſperam.

Si peculiaris linea alia ab hepatica prodiens lineam vitæ & ſororem vitalis ſeu L. Martis interſecet pericula à latronibus imminentia.

Lineæ multæ à raſcetta ad hypothenar devolutæ, longas expeditiones, itinera maritima, navigationes, vitamque omnimodo vagam, quæ variis peregrinationibus teratur, præſagiunt.

L. à Raſcetta aſcendens, ſi tuberculum Iov. vel indicem petat, honores & divitias extra patriam aliquando affuturas.

L. à Raſcetta quidem, non autem ex medio, ſed ex alio quocunque reſtrictæ loco, ad hypothenar ſeu Lun. tuberculum, ita ut Hepaticam attingat, cumque eo angulum decentem conſtituat, multa itinera, terra, marique conficienda oſtendit.

Si à Raſcetta duæ lineæ tortuoſæ ad tuberculum Iov. devenerint, & ſupra primam juncturam ſimiliter duæ lineæ conſpiciantur, vagam in peregrinationibus vitam, unde honores ac rei familiaris merementa eveniunt.

Si Cephalicam lineæ aliquæ incidentes attigerint pericula capitis à latronibus, ſi ex tuberculo Mart. accurrerit: in itineribus autem vulnera, ſi à monte Lun. & percuſſione proficiſcantur.

Longa linea à Mart. caves ad Reſtrictam verſus hypothenar exiens, multas & varias peregrinationes in omni vita, quodque talis hanc vitam extra patriam ſit conſumturus.

Lineæ lividæ, pallidæ, in tuberculo Lunæ, infortunata itinera.

In Raſcetta linea manui proxima ſi fracta, rupta, divulſa, diſtorta aut diſcontinua.

dz.     Si

Si L. Mensalem incidentes lineæ stringunt rei Oeconomicæ, detrimentum, paupertatem.

Si L. Mensalem intersecantes aliæ L. læserint, extremam paupertatem.

In digito Mercur. in tertia junctura signum ✝, egestatis extremæ indicium.

Plures lineæ in tuberculo Saturni concurrentes vitam demonstrant cum maxima anxietate & summis difficultatibus inopem.

Articuli pollicis nullis lineolis vel signis imbuti, hominem segnem & somnolentum.

Naturalis à Vitali adjuncta, lineis parvis interjacentibus, & se intersecantibus, pauperem ob prodigalitatem.

Vitalis versus rascettam bifurcata, miseriam & paupertatem in senectute

Mons Medii digiti pluribus lineis divisus, difficultatem vitæ.

## XXXI.

### *Probus.*

L. Mensalis longa satis & sine intersectionibus æqualis, alta, recta, modestum, constantem innuit.

L Mensalis habens tres lineas vel in fine quosdam ramusculos, videlicet juxta montem Lunæ directe respicientes angulum supremum.

L. Vitalis si cum naturali decenter adhæreat, hominem liberalis animi significat.

Crux vel Stella in medio mensæ conspicua, magnanimum, æquum, aptum, veracem, optimæ conscientiæ.

Tuberculum Saturni, si planum, lene, leve & sine rugis plane sit, hominem simplicem, laboriosum, ledulum, fraudis expertum.

L. Cephalica ad lineam naturalem desinens pium, modestum indicat.

XXXII.

*Rixosus.*

Linea Mensalis finita versus medium indicis.

Linea Mensalis aut omnino absens non apparens.

Linea Mensalis statim sub tuberculo Saturni varians hominem mordacem.

Sin hæc linea si à tuberculo Saturni exeat sine ramis, lites seminantem.

Hepatica ad mensam inclinans, hominem arguit calumniatorem & rixosum insignem.

Duæ + in prima pollicis junctura, quæ tuberculo Ven. proxima est, litigiosam mulierem.

Puncta sive grana in vitali parva, rixosum.

Media naturalis à vitali in angulo supremo sejuncta, iracundum.

L. Mensalis intercisa lineolis, conflictantem, variè cum mulieribus.

XXXIII.

*Sanitas.*

L. Vitalis longa, crassa, ac vivo colore pellucida, sanum & firmum hominem notat.

L. Vitalis ampla, vivo colore in suis metis prolongata existens absque intersectionibus seu punctis.

L. media naturalis recta, indistincta nec lineolis capillamentis transversaliter divisa aut scissa.

L. Mensalis longa satis & sine intersectionibus æqualis & recta bonam naturæ qualitatem, debitum membrorum, in homine principalium robur notat.

Via

Via Lactea proportionata & benè continuata.

L. Vitalis furcata versus partem inferiorem, bonam complexionem.

Linea Saturnina integra & optimè conspicua, sanitatem notat.

Trigonus æqualium angulorum, bene coloratus.

Rascetta vivido colore insignita.

Linea Cephalica ad montes digitorum excurrens vel ad tuberculum medii digiti corporis salubritatem usque ad senium indicat.

XXXIV.

*Stupidus, Rudis, Stultus.*

L. Vitalis lata, & malè colorata vel pallida.

L. Media naturalis brevis & delicata, hoc est non ampla, sed tenuis debile cerebrum notat.

L. Media naturalis lata & grossa cum quadam rubedine permixta, ruditatem ingenii & prudentiæ inopiam.

L. Cephalica pura, clara, & non unita cum vitali vel naturali debilitatem cerebri notat.

Triangulus obtusus rusticam arguit naturam & rudem.

Mons Veneris plane vacuus & incisionibus destitutus, rudem & ineptum ad jocos.

In medio digito craticulæ in juncturis, ingenium infelix, planeque melancholicum.

In medio digito linea grossa à radice sursum per totum digitum ad finem juncturæ ultimæ decurrens, indicat stultitiam & mentem insanam.

L. media naturalis non conjuncta cum vitali, cerebrum leve phantasticum.

Trigonus interruptus aut deficiens in aliqua vel pluribus partibus, stultum.

L. media naturalis projiciens ramos interſectos, ita videlicet, ut rami ab ea verſus vitalem progedientes aliis quibusdam lineis interſecentur, Phantaſticum.

Via lactea inciſa & fruſtulatim diſſecta ingenii tarditatem arguit, in mulieroſis negotiis rulticum, importunum & impetuoſum.

Trigonus abſens ſtolidum arguit.

Menſa anguſta, informis, arctè clauſa, & fere anguloſa, hebetioris ingenii hominem notat.

L. Naturalis abbreviata & decurtata, ut concavum manus non excedat, imprudentem.

Hepatica ſive naturalis ſurſum ad digitos vergens, ſtultum & inſipientem.

Si à radice Tuberculi Sol. ad tuberculum Saturni linea quædam ſe inflectat, indicat pigrum ſtolidum, ſtupidum, inſipientem.

Linea craſſa à tuberculo Saturni per omnes articulos usque ad acinum aſcendens, inſipientem, truncum.

Tuberculum Ven. glabrum, æquale, leve, calvum, multisque ſectionibus, rimulis aut lineolis inſignatum, ruſticum, Corydonem, inſulſum, moroſum.

L. Vitalis bifurcata in angulo ſupremo, vagabundum, falvum.

Naturalis á vitali disjuncta lineis parvis interjacentibus & ſe interſecantibus, ſtultum.

Naturalis deſinens in centrum volæ, hominem ſimplicis ingenii, & minus vivacem.

L. Cephalica à naturali diſtans plurimum, fatuum.

Saturnina, Capitis & naturalis Trigon. facientes craſſæ & groſſæ, fatuum.

## XXXV.

### *Temperamentum.*

L. Vitalis furcata versus partem inferiorem, superabundantem calorem & virtutem naturalem, bonamque complexionem.

L. Vitalis mediæ naturali benè conjuncta, & in angulo vel parallelis vel Cruce signata, naturæ æqualitatem notat.

L. Vitalis rubra & splendida, sangvinis abundantiam, contrarium autem notat palliens & livida.

L media naturalis brevis, Choleram malignam indicat.

L. Media naturalis conjuncta cum vitali bonam complexionem.

L. Media naturalis vel Cephalica furcata versus vitalem naturam malignam & nimium calorē.

L. Mensalis formata è pluribus lineis, versus quadrangulum, naturam malignam ex nimio calore.

L. Mensalis longa satis & sine intersectionibus, æqualis, alta & recta, temperamentum bonum. Brevis vero & curta incisa & contorta ac dissecta, contrarium.

L. Saturni conjuncta cum radice medii digiti, humorem melancholicum.

Trigonus concinnus, hoc est æqualibus lateribus constans, optimum temperamentum.

Trigonus obtusus pessimum temperamentum significat.

Quadrangulus incisuras & rimas habens coloris vivi ac lucidi, bonam temperiem arguit; sin contra, iniquam.

Mons Ven. bene elevatus cum lineis æquali-

bus & characteribus pulchris, optimam naturam arguit.

Mons Ven. plane vacuus & incisionibus destitutus, effœminatum, rudem, malamque temperiem.

Trigonus habens angulum superiorem rectum nec acutum nimis, optimum cordis temperamentum.

Rascetta vivido colore insignita, bonam complexionem

Lineæ in quovis articulo medii si in morem craticulæ se mutuo penetrent, hominem melancholicum, iusulsum & morosum.

L. Vitalis gracilis & longa, siccitatis & frigiditatis prædominationem ostendit.

L. Vitalis grossa, abundantiam coloris.

L. naturalis multum & lata; Choleram pessimam & abundantiam caliditatis & siccitatis.

L. naturalis subtilis, longa & malè apparens, frigidam & siccam complexionem.

Mensalis continua & sine ramis, excessum caloris naturalis, & siccitatis notat. Quando autem est ramusculosa & discontinua, significat impedimentum caloris naturalis & remissionem.

Cum deest linea Capitis, significat subtilitatem cutis & caloris, choleram & ejus proprietates, ut sunt agilitas corporis.

Mons Pollicis lineas habens extensas, continuas, raras, rectas & non multum profundas, bonitatem complexionis. Intercisus vero transversaliter, exuperantiam caloris naturalis cum superflua humiditate.

Mons annularis confusus multitudine & dissectione linearum, naturæ siccitatem, caliditatemque indicant.

Timi-

L. media naturalis non vergens versus quadrangulum per inclinationem sive retracta versus vitalem, timidum.

Trigonus angustus, Quadrans angustus.

Mensa angusta, informis, arctè clausa & ferè angulosa.

Cephalica fracta, rupta, tortuosa in muliere animum timidulum, & meticulosum, quæ semper cœli lapsum timet.

L. Naturali abbreviata & decurtata, aut concavum manus non excedat.

## XXXVI.

### *Venereus, Libidinosus, Meretrix.*

Cingulus Ven. si habeat Sororem crassam, hominem impurissimum & cum bestiis, consangvineis, aut pueris coeuntem.

Cingulum Ven. dissectum in monte Saturni turbatumque, infamiam ob libidines.

Mons Ven. benè elevatus cum lineis æqualibus & characteribus pulchris libidinosum.

Mons Ven. habens Crucem propè primam pollicis juncturam, indicat adulterium aut infelicitatem in matrimonio.

Mons Ven. plane vacuus & incisionibus destitutus, dènotat effœminatum.

Mons Mercur. habens lineam magnam & tortuosam, inter mensalem & radicem hujus digiti extensam, libidinosum arguit.

In Indice ad montem Iov. stella apparens, mulierem notat impudicam, lascivam.

Si in manu juxta lineam vitæ prope restrictam reperiatur tale signum quod crucem designat una linea transversa longa, altera brevi, cum duobus punctis, in muliere meretricem nequissimam.

Si linea vitæ inter Pollicem & indicem tumeſcat, arguit ſuffocationem partus vel interitum infantis. Et ſi diverſis fuerit tincta coloribus, tunc ſignificat eam cum pluribus viris illicitam conſvetudinem habuiſſe.

Si virgo habet latas & rubras, fractas lineas, dum adhuc eſt ſobria & jejuna, læſam virginitatem notat.

Si in Triangulo fuerint multa quaſi foramina & rubedo mixta, notant prægnantem. Et ſi in medio talis figura VI. apparuerit ex adulterio concepit.

In tuberculo Annularis ad radicem digiti IIII. lineæ, meretricem ſignificant.

Item III. lineæ eodem fere in loco ſed tamen ad auricularis tuberculum.

In qua manu adeſt ſoror vitalis.

Cingulus Ven. benè apparens, hominem ſalacem & libidinoſum

Cingulum Ven. duplex, beſtialem congreſſum affectantem.

Si cingulum Ven. ab interſecantibus lineis variè detruncetur, infamiam à belluina libidine, ſive intemperantiam ſummam.

Vitalis valde groſſa & rubicunda, impurum.

Crux in L. vitæ ſi ad angulum ſupremum appareat, & quidem in manu mulieris, ſalaciſſimam notat & impudicam.

Crux parva in linea vitæ manus dextræ mulieris nefariam, ſceleratam & ideo extremo ſupplicio afficiendam.

Viſibilia puncta lineam menſalem occupantia, incontinentem, laſcivum & libidinoſum hominē,

Crux vel Stella in medio menſæ conſpicua, in viro notat mulieroſum, & qui aliquando mulie-

viro- rum.

rum causa nonnihil, sinistri rumoris de se laturus est.

Si in triangulo Character furcæ, vel ad superiorem vel ad inferiorem angulum conspiciatur, hominem præfractæ libidinis, inconstantem, lascivum & incontinentem significat.

Si in restricta ad radicem Brachii, propè montem Pollicis, juxta lineam vitæ (si ea in tantum protendatur) reperiuntur una vel plures lineæ parallelæ, vel Stellæ, illæ indicant, eum cui hæc insunt, à mulieribus delaturum iri & forte inde aliquam subiturum infamiam.

In Mulieribus tuberculo Iov stella cum hemicyclo apparens, improbam, salacem, impudicam fœminam notat.

Tres lineæ parallelæ, veluti aqua profluentis fluvii sinuosa, in extremo articulo indicis, impuram mulierem.

In media junctura Sextil. conspecta, salacitatem muliebrem.

In primo articulo pollicis ipsi tuberculo Ven. proxima crux reperta, adulterum incestuosum vitæque pericula.

Linea à suprema junctura Pollicis descendens, vitalemque intersecans incestuosum ideoque vitæ periculum incurrentem.

In medio montis Ven. signum Sol. fœminam se ultro prostituentem & insatiabilem adulteram.

Manus sinistra lineis plenior quam dextra; hominem indicat effœminatum.

Crux in linea vitæ in angulo supremo cum lineolis, salacem. It. + in fine nefariam, supplicio afficiendam.

Puncta sive grana in vitali parva, salacem, fornicatorem.

Crux in linea vitæ tendens ad Trigon. libidinosam mulierem.

Naturalis L. ad rascettam demissa cupidum & imperiosum.

Linea intersecata super naturalem, non servare uxori fidem & contra, significat. sed in fine ramusculosa, luxuriam vitiosam.

L. Mensalis intercisa lineolis libidine fractum.

Trigonus superior angulus è regione spatij inter Satur. & Iov. dissidens notabili spatio, lenonem notat.

Mons Ven. intercisus transversaliter, veneris cupiditatibus plenum.

A radice pollicis lineæ bifurcatæ exeuntes, passionem veneream maximam.

In fine montis Pollicis ‡ vel * infamiam & adulterium.

Soror Vitalis præsens libidinem.

Plures lineæ claræ inter primam & secundam juncturam minimi, in utraque manu, salacem mulierem.

Mons Ven. in utraque manu profundis & claris lineis, intersectus & cancellatus Meretricem, quod nunquam fallit.

Mensalis malè figurata, distorta, disrupta & cum naturali juncta, impensè salacem.

XXXVII.

*Vita longa.*

Linea Cardiaca seu vitalis, longa, crassa, ac vivo colore pellucida.

Vitalis ampla, vivo colore in suis metis prolongata, & existens absque intersectionibus seu punctis.

Hepatica seu media naturalis longa & ad Lunæ tuberculum usque porrecta.

Tri-

Triangulus si ex lateribus æqualibus conflatur & concinnus est.

Quadrangulus amplus & latus decentique figura.

Angulus sinister in Trigon. qui á linea vitæ & Cephalica ad rascettam constituitur, vitam longam notat & sanitatem se decenti linearum cõfluxu efformetur.

Cephalica ortum suum à Restricta ducens, senectutem tranquillam, placidam & quietam cum gloria.

Quo major & prolixior est naturalis L. eo diuturniorem vitam notat, ut si percussionem transformat, ad 80. vel 90. ann: victurum hominem; in senectute tamen plerunque inopiam.

Crux vel stella in superiori rascettæ linea, quæ manui proxima est vel supra illam conspecta, tranquillam senectutem.

Si linea aliqua à Rascetta ascendens, Saturninæ instar infra hepaticam naturalem subsistat, bonam & pacatam senectutem.

Naturalis ad montem Lun. usque extensa & recurvata vitam longam, sed senium laboriosum.

Naturalis ad hypothenar usque extensa, longam vitam indicat per hypothenar verò inferientem producta, longam quidem sed laboriosam vitam.

Linea Cephalica separata à linea vitæ, longam vitam.

Saturnina ascendens ad concavum, larga & ampla & circa montem pollicis & Rascetta flexa, semper fere supplet locum vitalis & longam vitam notat.

XXXVIII.

*Vita brevis.*

Li-

Linea Cardica seu Vitalis brevis, discolor & livida, tenuis rimulis, sæpè obversa & scissa.

L. Naturalis intersecta multis lineis.

L. Naturalis curva & concavum manus non pertransiens.

Linea Naturalis in medio notata siguo +.

Trigon. interruptus aut deficiens in aliqua vel pluribus partibus.

Trigon. si in manu hominis deest, brevem vitam notat.

L. Naturalis conjuncta cum mensali circa finem, in juventute mortem significat.

Idem brevis & in concavo finiens, significat, sed in utraque manu.

Naturalem in medii opposito lineæ intersecantes, mortem in juventute præsagiunt.

Naturalis pluribus lineis intercisa.

Naturalis inter annularem & medium recurvata.

Naturalis desinens in centrum volæ.

Naturalis brevis in utraque manu, & dissecta.

## XXXIX.

### *Vitæ periculum.*

Mensalis cum naturali circa principium juncta, casum ab alto.

L. Mensalis divisa & discontinua hominem de vita sæpè periclitari.

L. Capitis tortuosa & intersecta periculum vitæ ex quadrupedibus.

Si Mons manus multiplicatur multis lineis sive in formam stellæ intersecantibus, submersionem notat.

Lineæ obliquæ & tortuosæ instar signi Aquarii in acinis & extremitatibus digitorum per latitudinem

dinem extenſas, ſubmerſionem in aquis ſignificat, in diverſas ætates, in auriculari, in pueritia, in medio in media ætate, in indice in ſenectute, in pollice in decrepita ætate.

Vitalis fracta, & ramum fractum verſus concavum extendens ſpem ſalutis, imminente mortis periculo indicat.

L. Vitalis curta & brevis verſus pollicem atque etiam tortuoſa & circularis, periculum. Quod tamen periculum evitabitur ſi curta ſit verſus concavitatem.

L. Vitæ diſcontinuata & diſrupta, extremum vitæ periculum eo anno quem linea per circulum commenſurata notabit.

L. Cephalica projiciens in montem Lun. rimulas inæquales & compoſitas, periculum in navigando.

L. Menſalis diviſa, ita ut una pars reſpiciat lineam mediam naturalem, altera vero montem Saturni, varia vitæ pericula indicat.

Triangulus lineam projiciens in montem Lun. rimulasque inæquales & incompoſitas, periculum in navigando.

Semicirculus in fine quadranguli verſus montem Iov. ſignificat caſum ab alto.

Ramus tranſiens de linea menſali ad naturalem, mortis periculum cauſa lingvæ.

Vitalis non continua ſed diſtantiis nonnullis interſecta, quaſi divulſa & interrupta, morbum lethalem, vel vitæ periculum. Et ut ſcias quo anno illud periculum ſit adfuturum divide cum circulo lineam uti ſupra doctus.

L. Menſalis juncta cum Hepatica periculum animi & corporis multum, deſignat.

Menſa ſi in ſuperiore parte omnino anguſta

ſit,

fit,& acuetur in angulum quod fit, quando linea mensæ vitalem attingit, vitæ pericula á carnifice impendentia.

Hepatica adeo tortuosa ut per gyrum quasi semicirculum constituat cum quadam obscuritate, periculum à quadrupedibus imminet.

Si cephalicam lineæ incidentes attigerint, pericula capitis, à latronibus si ex tuberculo Mart. accurrerit.

In primo articulo pollicis ipsi tuberculo Ven. proxima crux reperta, ab incestuosa libidine, vitæ periculum.

Linea à suprema junctura Pollicis descendens, vitalemque intersecans, vitæ periculum ob incestum.

Cujus nupta in prima pollicis junctura lineas impari intervallo habet, eá à proprio marito forte vulnerabitur lethaliter & necabitur.

Cavea Mart. si habeat lineam curvam è supernis oblique incidentem, præcipitium casum ab alto atq; exinde periculosa capitis vulnera, artuum fracturas, totiusque corporis concussiones, thoracis contusiones & similes laxationes spinæ dorsi.

Linea quædam inter Indicem & medium longissimum oriens ad radicem tuberculi Saturni accedens, præsertim si ab aliqua alia intersecetur lineola transversim accedente lapsum ab alto, artuum fracturas.

Puncta sive grana parva in vitali vitæ periculum propter sangvinis effusionem.

In principio vitalis versus radicem pollicis lineæ intersecatæ casum & præcipitium & à quadrupede damnum

Linea à Vitali ascendens per naturalem & mensalem usque ad medium vitæ periculum carceris.

Li-

L. Naturalis tortuoſa vel circularis ad menſalem tendens vitæ periculum, effuſionem ſangvinis.

Naturalis interrupta in principio offenſionem tibiarum caſum ab alto.

## XL.

### *Vulnera.*

Linea à Vitali ad Mart. caveam tranſiens, vulnera.

Menſalis finita in medio montis Saturni, & groſſa in fine ſine ramis ictum in capite & mortem ex eo.

Menſalis projiciens ramum inter indicem & medium, vulnera.

Menſalis annexa, cardiacæ ſeu vitali, dificiente hepatica, capitis truncationem aut lethale vulnus.

In infima junctura Indicis ad montem ſcilicet Iov. tres lineolæ ſunt ſigna vulnerum magnæ futurorum, parvæ præteritorum.

Tres lineæ in tuberculo viri Annularis vulnera. In tuberculo auricularis tres lineæ // vulnera capitis ſin magnæ ſint futura, ſin graciles præterita.

Crux in manu viri non propè ab angulo inferiori quem vitalis cum raſcetta conſtituit, pericula à Marte.

In ſexu virili à menſali inciſio aſcendens inter indicem & medium, periculoſa capitis vulnera, maxime ſi linea illa aſcendens ſit ab aliis lineolis per tranſverſim inciſa.

Si plane abſit hepatica linea, & menſalis cum linea vitæ conjungantur, vel ſi hæ tres lineæ unum

num angulum ad hypothenar conficiant, periculosum vulnus in capite vel detruncandum.

Si aliqua intersecans linea Vitalem dispescat, vulnera lethalia.

Si Cephalicam lineæ incidentes attigerint atq; à monte Lun. & percussione proficiscantur, vulnera à latronibus & periculum capitis.

Linea quædam inter indicem & medium longissimum oriens, ad radicem tuberculi Satur. accedens, præsertim si ab aliqua alia intersecetur lineola transversim accedente, lapsum ab alto vel periculosa capitis vulnera.

Lineæ venientes à monte Pollicis & vitalem intersecantes offensionem capitis & ab extrinseco provenientia mala certò arguunt.

Linea à Vitali descendens ad Pollicis montem, vulnus lethale.

Bifurcata scindens vitalem, infortunium capitis, & vulnus lethale.

Crux è regione medii intra annum moriturum vel brevi indicat, vel vulnus lethale.

Naturalem in medii opposito lineæ intersecantes, vulnera lethalia.

Naturalis interrupta in principio, cap. vuln. offensionem tibiarum, casum ab alto.

Naturalis juxta hypothenar bifurcata, vitæ discrimen ex inflicto vulnere.

Crux in ipsa L. Naturali, vulnus in capite vel tibiis.

Mensalis cum vitali unita & angulum faciens, præsertim naturali deficiente, hominem truncandum præsagit, vel naturaliter vulnerandum.

Mensalis cum naturali circa principium juncta vulnera, & afflictiones mortales.

L. Mensalis sub medio, intercisa, vulnera pectoris.

L.. Li-

Linea Menſalis interciſa verſus medium lineis multis, vulnera.

Linea vel lineæ ab indice ad montem medii tendentes vulnera in capite & percuſſiones notat, præſertim tortuoſæ. A medio verſus inferiorem partem ipſius montis, in pectore & brachiis. Ab annulari, in renibus, vulnera notat & effuſiones cordiales. Ab auriculari in pedibus & cruribus.

Figuræ ſemicirculares in naturali, vulnera.

Notandæ ſunt lineæ circa radices digitorum, oſtendentes vulnera & læſiones: in indice quidem quæ capiti: in medio quæ pectori: in annulari quæ renibus in auriculari quæ pedibus & coxis imminent.

Linea groſſa naturalem ſcindens, vulnera minatur, ſemicirculi oculorum & capitis afflictiones.

Menſalis diſrupta, vulnera capitis minatur.

Finis Prognoſtici Apodemici Chiromantici.



Quartum

# PROGNOSTICON

## Apodemicum Perpetuum,

*idque*

## ONEIROCRITICVM,

# SYNOPSIS PROGNOSTICI ONEIROCRITICI.





PRO-

# PROGNOSTICON
## ONEIROCRITICUM
*ſive*
## DIVINATIO EX SOMNIIS.

*Ex Exercitationibus Moldenarii compendioſius contracta.*

VUlgare quidem eſt Diverbium: *Quod quis de die cogitat, id de nocte ſomniat,* unde *Claudianus* canit.

Omnia quæ ſenſu volvuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſylvas & ſua luſtra redit,
Judicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis, meta cavetur equis.

*Et Lucretius.*

In ſomnis eadem plurosque videmus obire,
Cauſidicas cauſas agere & componere leges,
Induperatores pugnare & prælia obire
Nautas contractum cum ventis degere bellum,
Et quo quisq; ferè ſtudio conjunctus adhæret,
Aut quibus in rebus multum ſumus ante morati.

Certum tamen eſt Somnia omnia diurnas hominis actiones continentia, quæ per veſpertinam no-

noctem in re proba mens somniat, similiaq; diurnis actionibus voluntatibusque reddit, optima homini est; nam sanitatem significant & indicium sunt animum in diurnis actionibus & factis permanere rationemque voluntati consentire, neque plenitate vacuitate, seve alia extrinsecus prorumpente detineri, vel animæ opera impediri.

Cum verò somnia diurnis actionibus adversantur pugnaque in his inest, corporis perturbationem & per consequens morbum significant.

Notandum etiam, quod Somnia matutina, & post mediam noctem incidentia longè significantiora & ominosiora sint vespertinis, & ante mediam noctem contingentibus, quæ ut plurimum ex præcedentis diei actionibus, vel ex vaporum impuritate ac exhalatione cibi & potus assumti, generantur; ideoque nihil portendere solent.

## I.

### *Temperamenta hominum ex Somniis cognoscenda.*

HOmines qui sunt *Sangvinei* Temperamenti ut plurimum somniant saltationes, choreas, musicam convivia, aspectus florum, hortorum, pratorum; pictas tabulas, nuptias, delitias venereas, gynæceorum visitationes, & consimilia jucunda, læta, svavitatis plena. Apud quem vero sangvis ex mala corporis affectione abundat, illius somnia sunt, rerum rubrarum, minii, cinabaris, rubri panni, rosarum, sangvinis. Aliâs somnium de sangvine thesaurum vel aurum significat.

*Phlegmatici* plerumque somniant, nebulas, pluvias, natationes, navigationes portus, maria, piscationes balnea, nives inundationes, flumen, fon-

tem puteum, aquam, canalem, lacum, linum, lintea vel pannum abluere, cadere in aquam, natare & similia cum segnitie conjuncta; gravia etiam onera ferre, sibi videntur. Cui phlegma per scapulas & reliqua membra destillaverit, talis videtur in somno se pluvia madefactum.

*Cholerici* somno minimè profundo, sed levi & inquieto magna cum corporis jactatione corripiuntur illorum somnia sunt bella, rixæ, pugnæ, prælia, contentiones, iracundia, furor, depopulationes urbium & regionum, incendia & similia, sæpe etiam sibi videntur, volare, saltare, celerrimè currere, vel gyros agere. Si Cholericus & flatulentus morbus alicui imminet, fulgura, coruscationes tonitrua, tempestates, stellæ cadentes apparent.

*Melancholicis* adest somnus turbulentus, horrendis insomniis fluctuans, & agitatus spectris rerum nigrarum, fumorum, mortis, cadaverum, sepulchrorum per loca solitaria, & ædificiorum rudera, oberrationum, & eorum quæ plena sunt terrorū, tenebrarum, & caliginis atræ, Ingruente morbo ex atrâ bile somnia præcedunt de incubo, acetosis, amaris & terribilibus rebus, de captivitate, vinculis, commaculatis vestibus.

II.

*SOMNIA,*

*De Homine toto, ut & de membris humani corporis.*

*Homo masculinus vel femininus si appareat in* somno *vestibus albis indutus, purum quid præbere*; sanitatem significat, contra *si ater, impurus, nudus domo quicquam exportans*; incommodum & morbum significat. Somnia de *mortuis* tempestatem pluviosam futuram indicant.

Vi-

Videre in somnis *Parentes* & inprimis *Matrem*; securitatem vel potentiam & dignitatis augmentum innuit. Somnium de *Meretrice*; lucrum. Somnium de *Virgine*; irritum laborem: *infantes videre ludentes*; felicitatem adfert. *Hominum corpora deformata multa* perque somnium *terrentia*; ciborum non consvetorum plenitudinem, excreationem, bilem, morbumque periculosum significat. *Homo magnus, procerus, pingvis, crassus*, divitias; *macer, gracilis, phtisicus, extenuatus*; paupertatem significat. Prævidere in somniis *multitudinem liberorum*; significat, copiam negotiorum. Si quis somniaret se *honoribus alicujus Ducis, Principis, Imperatoris vel Regis ministrare, vel inservire*; illud bonum omen censendum est secundum circunstantias scilicet alias somniantis.

Somnium de *Capite* innuit rerum cognitionem, institutionem, magistratum, parentes, tutores & Præceptores.

*Renes*, consangvineos denotant.

*Propriam faciem videre in speculo*; uxori filiam, marito filium pædicit.

*Facies pulchra* sine curis rerum gerendarum permonitionem notat.

*Faciem in aquis videre* longævitatem præsagit. *Faciem pulchram per aquas videre*, significat honorum augmentum.

*Collum*, fortitudinem & robur corporis indicat.

*Virga*, procreationem, familiam, divitias, thesauros, conjugem, liberos & quæcunque homini clanculum accepta & grata esse possunt, notat.

*Scapulæ* verò & *axillæ* ad muliebrem sexum pertinent, ita ut *scapulæ* uxorem, sorores significent. *Axillæ* neptes vel filias significent.

*Brachia*, fratres vel socios vel familiares significãt.

*Manus* pertinent ad prudentes famulos. Opificium etiam mæchanicum notant.

*Dextra* tamen *manus læsa*, lædi vel Patrem vel fratrem vel paterni generis quempiam significat. *Dextra manus ornata*, ornari horum quendam notat *Sinistra manus læsa*, lædi vel matrem vel sororem, vel materni generis unum edocet. *Sinistra manus ornata*, ornari horum quendam hominum loquitur: In quo læditur manus, à tali lædi personas putes; in quo ornantur, à tali ornari tuos æstimes.

*Femora* ad consangvineos, *testiculi* ad liberos, *pedes* ad nuncia & legationes, *furæ* & *tibiæ*, ad totam vitæ consistentiam & rei familiaris famulitium referuntur. *Propria intestina*, ad familiares secretos, vel ad thesauros & divitias pertinent.

Sic *Epar* liberos & familiæ administrationem, *Cor* vitam & conjugem significat.

*Aurium dextra* fratres, *læva* sorores indicat, *oculi* liberos nostros.

*Maxillæ* uxores, *Genæ* liberos respiciunt.

*Dentes superiores*, majores natu; *inferiores* verò junores in familia significant.

*Dentium dextri* similiter adultiores; *sinistri* juniores notant.

*Dentis molares*, *maxillares & majores*, significant arcana bona & occultas divitias.

*Primores* vero *dentes*, rem manifestam significant.

*Crura, fauces palatumque* per somnium *læsum apparens*, carnis impuritatem significat.

*Os*, nostram Oeconomiam & administrationem rei familiaris, *mammæ*, liberos naturales.

*Venter & intestina*, bona & fundos indigitant.

*Vin-*

*Vmbilicus*, parentes, *splen*, gaudium & lætitiam significant.

Per *genua* peregrinationes, ægrotis mors & discessus ex hac vita, fratres, sodales & tabellarii significantur. Per *dorsi inferiorem regionem*, mediocris ætas; per *superiorem* autem *partem*, extrema senectus indicatur.

*Latus dextrum* mares, *sinistrum* fæminas, concernit; somnium *rei ex postica nostri corporis parte constitutæ* futura; ex *anteriori* autem *parte consistentes*; præsentia & imminentia significantur.

*Vrinam reddere in vas aureum, argenteum, eburneum vel aliud quoddam qualecunque pretiosum*; significat ipsum somniantem generaturnm esse in nobili & pretiosa muliere. sin autem somniaret *se in vili, abjecto, fictili vase urinam redditam locare*, prædicendum conjugium, cum uxore inferioris subsellii, & generationem in muliere rustica & abjecta.

*Vrinam in lectum reddere*, per somnium, morbum significat.

*Sudor* in loco naturali, per somnium apparens, bonus est, significat enim facultatem & possessionum dilatationem. Cæteris tamen consentientibus; potest enim interdum & paupertatem ex prodigalitate ortam pronunciare, *sudor in aëre vel in radiis solaribus*, per somnium apparens suspendium minatur.

*Stercora vel propria vel aliena*, pecuniam cum infamia per fas nefasque corrasam & injustas divitias designant.

*Barba* significat ornatum seu virilitatem, *pili mulieris sub axillis* projectionem notant. Quod si *mulier* somniat *se barbatam esse*, viduæ conjugii renovationem, Vxori verò & conjugi mortem ma-

riti prænunciat, sic *puer* sominans *se barbatum*, mortem sibi præsagit.

*Pili* per somnium *albi* occurrentes, tarditatem rei gerendæ significat. *Pili nigri vel ruffi & crispi*, celeritatem rerum gerendarum indicant.

III.

## DE VESTIBUS ET ARMIS.

*Vestes* in genere gloriam, honorem & profectionem significant: Imo quicquid quis videt modo consveto, & ad sui naturam accommodato, neq; majus neque minus: *Vestem albam, calceamentaque perpulchra induisse*, optimum est.

In specie autem *vestis honesta* idem *purpurea*, securitatem significat; *vestes induere*, sive *benè vestitum incedere*, honores; *vestes deponere, & sine vestibus incedere*, ignominiam sinistramq; famam portendit.

*Vestes lavare*, malarum cogitationum & machinationum callidarum seu technarum improvisam revelationem notat: *Vestes maculosæ, inhonestæ*, malum propositum inimicorum, item varia adversariorum judicia, cavilla & contumeliosa dicteria significat. *Vestes comburere* occultam gratiam innuit.

*Nudum* quidem sed *armis instructum esse*, significat inimicis resistentiam moliri, spemque victoriæ incutit.

*Armorum* significatio generaliter præsentiam dignitatis vel scientiæ respicit.

In specie vero *arma* referuntur vel ad *homines privatos*, ut sunt subditi; vel ad *publicos*, quales sunt magistratus, principes & imperantes: *Privatos* quantum spectat illi *arma* somniantes, diversum eventum indicant. *Lanceam* enim *gestantes*, secu-

ſecuritatem ab adverſariis ſibi promittunt. *Arma frangentes* per ſomnium vel *amittentes*, damnum ſibi pronunciant, ſicut è contra *arma aſſumentes*, novam poteſtatem ſibi præſagiunt.

*Gladium geſtare*, ſecuritatem adverſus inimicos innuit *Gladium accipere*, præſertim *expolitum probè* ſignificat honorem cum politica poteſtatete conjunctum *Gladium* verò *accipere, ærugine, uredine vel rubigine obductum*, invidiam & livorem indicat. *Deponere* vel *alteri tradere gladium*, eſt ad paupertatem redigi, vel in manus alterius deſcendere & devenire.

*Homines publici*, & in magiſtratus ordine collati *de armis ſomniantes*, ad monentur de occulto quodam facinore jus gladii flagitante.

*Equitem armatum videre*, dignitates, & honores portendit.

*Equitem armatum pugnantem videre*, magnum laborem. *Equitem Auratum alloqui*, magnos honores deſignat.

*Hoſtes armati*, periculoſum morbum, imò haud rarò furorem ſignificant.

Sic quicunq, *ſe vinciri, pungi vel ligari ab aliquo conſpexerit*, corporis excreationem circuitus contrariam acceſſiſſe, ſignificat: item anguſtias & fatum vix inevitabile notat Sic *qui huc illuc nulla neceſsitate compulſa vagantur*, perturbationem animi præ cura & triſtitia ſignificant.

## IV.

## DE AVIBVS ET INSECTIS.

*Aves* plerumque virtutem vel vitium ſignificant. Virtutem, Imperii dignitatem ſignificantes ſunt *Aquila & Regulus*. *Aquila* mercatoribus bonum omen.

*Cygnus*, Philoſophum ſignificat.

*Vultur*, Medicum, *falco*, Ducem exercitus, vel ſeditionis aut concurſus cujusque autorem.

*Columba, & turtur*, conjugium.

*Ciconia*, parentum erga liberos, & liberorum erga parentes amorem.

*Gallina glociens*, ſtatum parentum, inprimis matris. *Gallina cum pullis conſpecta*, incrementum rei familiaris.

*Gallus ova pariens*, pacem & in pace morbum.

*Pica* notat garrulitatem.

*Hirundo* loquacitatem, amoris & favoris miram viciſſitudinem.

*Cuculus* in gratitudinem.

*Pavo & & gallopavus*, damnum ex ſuperbis.

*Galli dimicantes* diſcordiam, rixas & odia ſignificant.

*Corvus* ſuſpendium.

*Vpupa* infamiam ex propriis vitiis contractam.

In genere autem *volucrum volatus* ſomnianti lucrum vel damnum ex loci mutatione&negotio; *volucres adverſo Marte pugnantes*, ſomnianti dedecus pronunciant: *Captare volucres*, lucrum vel hoſpites. *amittere volucres*, damnum: *volucrum multitudinem ſupra caput apparere*, ſignificat inimicorum conventum: *volucres ſecum colloquentes* ſomnians, ſibi rixas prænunciat.

*Volucres implumes*, invidiam. *Videre volucres plumis ſpoliari*, rei familiaris diſpendium ſignificat. *Volucres carentes pedibus*, magnam triſtitiam. *Volucrem ſolitariam ſ dere*, Mæſtitiam indicat.

*Formicæ* laborem cum invidia, adeoqne inimicitias cum labore conjunctas, ſomnianti ſignificat.

*Apes* eloquentiam, oratorem & diſertam lingvam pronunciant.

*Mu-*

*Muscæ coacervatim visæ*, ludibrium vanum sunt, rei magno cum impetu inchoatæ sed vanum exitum sortitæ.

*Vesparum conatus & impetus*, somnianti negotium tacessent, significat clandestinas inimicitias, & occultas insidias.

*Aranearum* eadem fermè est virulentia cum odio conjuncta.

*Locustarum* somnium & *cicadarum*, annonæ charitatem, & divitias brevi duraturas tempore, prædicit.

*Pediculi*, divitias cum dedecore notant.

*Serpentes cum impetu adorientes* somniantem manifestas inimicitias, *circumgyrantes* verò & *sibila collo tumentes*, occultas simultates imminere præmonent; quanquam etiam propter solertem naturam, quam serpentes fovent, solertiam in mercatore somniante possint & avaritiam, & ob eam rem divitias prædicere.

*Mures* videntur per somnium promittere divitias sed cum ingenti labore. *Bufones*, noxias rixas. *Rani & Cancri* fortunæ mutabilitatem. *Ranam occidere*, promotionem notat.

## V.
## DE BESTIIS, PECORIBVS & Piscibus.

*Leo* significat Imperatorem, magistratum. *Leæna* reginam, vel Imperatricem, dominam, *Leo* igitur *cicuratus* & mansvetus conspectus, bonum augurat *Leonis catulos conspicere*, significat utilitatem ab illustribus & superioribus profecturam. *Leo verò rugiens*, *& impetum cum terrore somnianti faciens*, inimicitias & hostile propositum significat.

*Equus in transitu fluminis remoratus*, negotii impedimenta.

*Cervus celeriter currens*, significat velocem progressum in negotiis suis. *Cervos domi suæ alere* divitias notat.

*Equus celer & velox* liberis pertinaciam & assiduitatem notat, *conscendere equum*, sorores. *Equus albus* gaudium, *niger* tristitiam, *purpureus & fuscus* contumeliam significat. *Equum frenare* victoriam. *Equitare per urbem*, famam & rumorem. *Vendere equos*, jacturam rei familiaris: *Equus griseus*, Patores: *Equorum congregatio*, lucrum: *Equus suffocans & periens in aquis*, angustias: *Equus luto immersus & emergens*, liberationem ex periculo vel impedimento significat. *Equus ignitis pedibus ore aperto quasi insultum in hominem faciens* somniantem significat hominem initium litis moventem somnianti.

*Asinus* labores domesticos notat: *verberare asinum* labores irritos significat. *Emere asinum*, lucrum. *Equitare* asinum, labores & molestias domesticas significat.

*Canis blandiens*, significat insidias. *Catelli albi*, mollitiem & voluptatem. *Canis irati morsum minitantis*, inimicitias, *canis latratus & allatratus*: contumeliosa dicteria & injurias seu diffamationes invidiosas indicat.

*Oves tondere* damnum. *Oves lanigeras videre*, lucrum. *Oves pascere*, rei familiaris incrementum prænotant.

*Porci* sanitatem videntur per somnium promittere ei, cui sæpe apparent.

*Lupus* significat inimicitias cautas & callidas, præsertim si lupi appareant blandientes; tum enim talis occulta simultas imperitiori & simplicio-

ri poterit inimicitiæ quædam ſpecies videri. Similem ſignificationem poterit & *Vulpes* habere.

*Boves* videre in paſcuis per amœna prata gaudium, lucrum & divitias notant.

*Felis* diffidentiam conjugum, adulterium & alia mala ex conjugio infelici provenientia denotant.

*Piſces* ſignificant divitias cum labore, ſeu pecuniam non ſine labore.

*Piſces magni* lucrum. *Piſces extra aquam conſpecti* damnum notant.

*Angvillæ exuvias detrahere*, ſignificat mutationem ſtatus, aut ſanitatis in morbum, vel contra morbi in ſanitatem.

## VI.
## *DE ARBORIBVS fructibus & plantis.*

*Videre arbores magnas, celſas, patulas, vireſcentes, & frugiferas*, divitias cum dignitate notat.

*Aridæ arbores, ſine frondibus foliis & fructibus conſpectæ* per ſomnium, mali alicujus nuncium ſunt.

*Vitis & palma* mulieres, uxores indicant, *vites & palmæ fructiferæ cum diligente cultura* fœminam nobilem oſtendunt.

*Vinum* lucrum ſignificat, ſecundum quantitatem potus reſpondentem ebrietati.

*Malus ferens poma granata & dulcia* bonum & divitem portendit hominem: *Poma comēdere* amantibus bonum ſunt omen: *putrefacta poma* detrimentum ſignificant, inprimis omnis generis fructus recentes, ſvaves, *integri, maturi, non putres, quaſſati, maculisve vel vermibus ſcatentes ſi conſpiciantur vel comedantur* bonū ſunt ſomnianti omē,

*Nucleum comedere è nuce testâ fractâ, & interiori cortice flavo & molliori detracto*, victoriam ab hostibus reportatam indicat. *Nuces comedere testa exteriori duplici adhuc integrâ*, irritum & molestum adversumque laborem denotat.

*Quercus* quia duplici constat *cortice nigro & albo praeterea ingenti duritie*, negocium arduum cum duplicitate animi & lingvæ significat. *Quercus procera*, divitias & extremam senectutem denotat.

*Glandes decerpere* gaudium notat.

*Fruticum* eadem est quæ *arborum* interpretatio, sicut *florum* ferè quæ *herbarum*.

*Rosas videre* sanitatem & gaudium significat. *Flores accipere odoratu & aspectu jucundas*; honores & dignitatem indicant.

## VII.

## DE METALLIS.

*Aurum* fortunam & felicitatem significat, *Annulum aureum accipere* honores & dignitatem arguit. *Vestimenta aurea iis quos non decent, nec quibus conveniunt*, invidiam odiumque præsagiunt. *Turrim auream conspicere*, odium & inimicitias notat. *Auro ornatum esse, cui competit*, honorem prædicit. *Cingulo aureo cinctum esse & circundatum*, lucrum cum gloria significat. *Aurum habere*, bonum est. *Corona aurea* divitibus bonum, pauperibus malum est omen. *Aurum fabricando tenaci forcipe prehensum tractare*, detrimentum rei familiaris indicat. *E vasis aureis potum haurire* bonum est, malum verò è *fictilibus & vitreis*.

*Argentum* bonam fortunam & felices progressus indicat. *Argentum invenire* est propriam substantiam perdere *E vasis argenteis potum haurire* morbos notat. *Negotium rebus argenteis mixtum*, lu-

lucrum significat. *Cingulum argenteum videre*, honorem & autoritatem decernit.

*Ferrum expolitum ad clypeos & loricas*, gloriam & honorem in re bellica acquisitum ostendit *Ferrum æruginosum*, rixas brevi duraturas tempore, significat. *Ferreum cultrum deponere*, admonitiones, præmonitiones seu dehortationes cum futuri damni præsagio significat. *Ferreum cultrum accipere*, significat calumnias & insidias.

*Cuprum & orychalcum* eundem habent fermè in vita usum & eandem interpretationem. *Vasa orychalcea*, sen *cuprea munda & pulchra*, bonam rei familiaris constitutionem significant. *Ærea* verò *vasa* iram & effecta iræ indicant.

*Stannum & Plumbum* morbos ex frigore & humorum putrefactione ortos notant. *Nummos vel pecuniam copiosam habere*, vanum laborem & detrimentum rei familiaris jacturamque negotiorum portendit.

## VIII.
## *DE ELEMENTIS & Meteoris.*

*Ignis* vel respectu sui inordinatè sumptus & consideratus, non actionem vel facultatem aliquam, sed destructionem, divastationemque significat. Ideoque populo bellum vel alia incommoda publica; Tyranno autem interitum, seu exitum præsagit. *Ignis* verò *ad lucernas & lampades ordinatus*, *si longè lateque luceat & ordine flammarum late discriminet agros* bonum est somnianti omen, famâ extendentis se longe lateque per terras

*Ignem facile foliis suscipere*, *& arida circum Nutrimenta dare*, *& rapere ipso ex fomite flammam*, consilii & propositi certitudinem decernit.

*Ignis sub plantis* curſoribus bonus, aliis non itẽ. *Ignis caput dormientium lambẽs*, (ſive per ſomnium ſive etiam extra ſomnium per vigilias conſpiciatur) bonum.

*Fulmina & coruſcationes*, calorem & inflammationem bilis, iracundiam, febrim, apoplexiam & ſimilia.

*Tonitrua*, flatus hypochondriacos, Ephialten, & id genus alia ſignigficant.

*Aër purus conſpectus*, ſanitatem ſignificat, *impurꝰ* verò morbum. *Aër calcatidus* modicè & ſplendens bonam corporis conſtitutionem ſignificat, atque ob hæc gaudium & lætitiam.

*Mel, ros, manna*, defluxum dulcis pituitæ ad radicem lingvæ denotat.

*Nix alba*, ſanitatem & lætitiam, *intempeſtiva*, inſolentiam præternaturalem ſignificat.

*Nebula craſſa*, difficultatem, *nebula* vero *mediocris* bonum ſignificat.

*Aqua* in genere negotia longa & periculoſa notat. *Aquam frigidam bibere*, bonum; *calidam* verò malum; *aquam ferventẽ videre*, ſignificat colloquium cum amicis; *aquam ardentem conſpicere*, gaudium præſagit.

*Mare perturbatum* morbum ventris ſignificat; *mare placidum* ventris gaudium denotat. *Navigare per mare* periculum & miſeriam non rarò etiam mortem, notat. *In mare decidere* damnum & periculum.

*Navis*, ſecuritatem, dominium, & concordiam oſtendit. *Navem fabricare*, laborem. *Navem conſcendere*, periculum. *Navem videre*, pacem animi & tranquilitatem. *Naves pulchras videre*, lætitiam. *Naves hominibus oneratas*, bonum. *Naves in fluviis conſpicere*, lætitiam. *Naves in terra remigantes*, lætiam.

am. *Naves in stagno vel Lacu præclusô*, morbum. *Navem non posse appellere in portum*, impedimentum significat.

*Putei & fontes* vesicam hominis & eius constitutionem docent.

*Rivuli* verò anxietatem & negotia & personarum officia, causanter significant.

*Pluvia in serenitate mollis, rara, neque valde perfundens* optimum est si fiat *aëre sereno*; sin verò cōtra *vehementer jugiterque pluere tempestuosâ, grandinosâ. periculosa, & impurâ aquâ somnians videret*, morbum ex spirituum impuritate significat. *Pluvia* etiam in bene disposito corpore doctrinam ab aliquo, vel impetrationem rei alicujus tam à Deo, quam ab alio superiore significat.

*Nubes* etiam in male disposito corpore significat spiritum gravans caput, in bene disposito subjecto, sapientiam.

*Flumina solito more non currentia*, sangvinis periodum vel circuitum vel majorem vel minorem significant.

*Inundatio terræ à mari vel pluviis facta*, indicat morbum á plurima corporis humiditate oriturum.

*Urinatio & submersio, lacu, flumine marisve facta*, bonum significat, sed periculum ex super abundante humiditate indicat.

*Terræ somnia credere*, significat lucrum. *Terram ustam nigramque videre*, significat morbum perdifficlem, gravem & lethalem.

*Hiatum terræ* per somnum *videre*, bonum indicat omen iis, qui ære alieno obstricti tenentur.

*Terræ motus*, significat mutationem status, sive valetudinem, langvido sanitatem, vel etiam præsentis conditionis & qualitatis conversionem.

DE

## IX.

## DE DEO ANGELIS.
### *Cælo & Stellis.*

Somnium de *invocatione Dei*, bonum eſt, *verum Deum non ſolum videre, ſed etiam alloqui*, malum *Deum tamen coram aliis loquentem* in ſomnio videre, melius cenſetur. Si quis ſomniet, *à Deo puro ſe quid accipere*, id ad ſanitatem optimum eſt.

*Adoratio Chriſti* gaudium ſignificat. *Chriſtum audire vel videre loquentem*, lætitiam ſignificat.

*Angelos videre*, bonum: *Angelum eſſe*, melius. *Angelos alloqui*, malum eſt.

*Cœlum clarum viſum*, lucrum & lætitiam *cœlum opacum nigrum imperſpicuum, ardens, turbulentum & nubiloſum* morbum vel triſtitiam *cœlum rubrum* bella *cœlum cadens*, delictum vel peccata. *cœlum aſcendere*, honores & eminentes dignitates ſignificat.

*Aſtra pura claraque* de ſua circulatione excidere: aut *exorsiva anteriora petere*, ſanitatem ſignificat.

*Sol*, regem, patrem, Dominum vel dignitatem oſtendit: *Sol lucens* æqualem animum: *Sol de cœlo ardens*, principis vel imperatoris mortem: *Sol turbidus*, principis pericula *Sol lunæ adjunctus*, malum nuncium. *Multi ſoles ſimul lucentes*, popularem lætitiam ſignificant. *Solem lunam ſtellasque puras ſolitoque more ſe facilè moventes*, ſi quis per ſomnium videat, ſingula hæc optima ſunt, ſanitatem enim corporis undique ſignificant.

*Luna* ſignificat Reginam, matrem. *Luna obfuſcata*, magnatum & nobilium mulierum inſidias, minas & odia. *Plures lunæ ſimul lucentes*, magnum & grave nuncium: *Luna ſangvinolenta*, damnum. *Luna ſplendidè & clarè lucens*, emolumentum. *Lu-*

*na de Cœlo cadens* mortem principiſſæ, duciſſæ, Reginæ, Dominæ. *Lunam videre purpuream*, lucrum & incrementum indicat.

*Stellæ cæli* fratres, ſocios, Magiſtratum vel populum oſtendunt, *ſtellas videre ſuo ordine & motu, luce item figuris & ſplendoribus ornatas*, lætitiam & gaudium ſignificat. *Stellas videre confuſas citra ordinem*, hinc & inde vagationes, ſeditiones, Schiſmata, perturbationes & factioſos concurſus ſeu conglomerationes, rixas, diſcordiam, lites, jurgia & ſimilia ſignificat.

X.

*DE SIGNIS* XII.

*cæleſtibus.*

*Ex curſu Lunæ per* 12. *ſigna Cæleſtia.*

Pleraque materia actionum noſtrarum, de quibus nocturna Somnia fiunt in ſubſequentia 24. *Loca Communia* diſtribui, & ex Lunæ motu per ſingula ſigna cæleſtia dignoſci poſſunt.

1. *Fletus.*

Si itaque quis eâ nocte, quâ Luna verſabatur in ſigno *Arietis* (quod ex Faſtis anniverſariis perſpiciendum) de caſu & argumento flebili ſomnium habuerit, in litem is incidet. Si de eadem materia ſomniaverit Luna exiſtente in *Tauro*, pavorem de amico intimat. In *Geminis*, ſpem lætitiæ. In *Cancro*, infirmitatẽ: in *Leone* honorem: in *Virgine*, gaudium: in *Libra*, gaudium: in *Scorpione*, conventionem: in *Sagittario*, timorem: in *Capricorno*, amici mortem in *Aquario*, mortem potentis. in *Piſcibus*, nuncium ſignificant.

2. *Gaudium* Lun. exiſtente.

In *Ariete*, turbationem: *Tauro*, adventum amici:

ci. *Geminis*, pecuniam. *Cancro*, adventum amici. *Leone*, ſeparationem amici. *Virgine*, lætitiam. *Libra*, dolorem. *Scorpione*, fratris triſtitiam. *Sagittario*, gaudium. *Capricorno*, ſeparatiorem amici. *Aquario* augmentationem *Piſcibus*, ſomnium vanum ſignificat.

3. *Veſtimenta*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, nihil. *Tauro*, lætitiam. *Geminis*, nihil. *Cancro*, bonum. *Leone*, odium. *Virgine*, litem magnã. *Libra*, triſtitiam *Scorpione*, honorem. *Sagittario*, ægritudinem. *Capricorno*, hoſpitem. *Aquario*, vexationem cordis. *Piſcibus*, nihil ſignificat.

4. *Aqua*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, turbatio. *Tauro*, anguſtia. *Geminis*, infirmitas. *Cancro*, anguſtia. *Leone*, potentia. *Virgine*, pecunia. *Libra*, nihil. *Scorpione*, lætitia. *Sagittario*, mors. *Capricorno*, lis. *Aquario*, ſomnium vanum. *Piſcibus*, morbus ſignificatur.

5. *Beſtiæ aquarum*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, timor. *Tauro*, conſolatio. *Geminis*, pecunia. *Cancro*, turbatio cordis. *Leone*, timor. *Virgine*, pecuniæ amiſſio. *Libra*, mors amici *Scorpione*, emẽdatio vitæ. *Sagittario*, bona nova. *Capricorno*, turbatio. *Aquario*, morbus *Piſcibus*, morbus indicatur.

6 *Caſus hominis*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, detractio. *Tauro*, mendacium. *Geminis*, honor. *Cancro*, morbus. *Leone*, nihil *Virgine*, fames. *Libra*, inimicis morbus. *Scorpione*, diſſenſus. *Sagittario*, novus amicus. *Capricorno*, dolor amici *Aquario*, bona viſio. *Piſcibus*, anguſtia notatur.

7. *Ædificia*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, gaudium. *Tauro*, mors de poteſtate. *Geminis*, peſtis. *Cancro*, pecunia. *Leone*, hoſpes futu-

turus. *Virgine*, bona nova. *Libra*, proſperitas. *Scorpione*, lætitia. *Sagittario*, novus amicus. *Capricorno*, dolor animi. *Aquario*, bona viſio. *Piſcibus*, anguſtia ſignificatur.

8. *Abuſus membrorum* Lun. exiſtente.

In *Ariete*, res bona. *Tauro*, anguſta. *Geminis*, conturbatio. *Cancro*, detractio. *Leone*, amicus. *Virgine*, gaudium. *Libra*, morbus. *Scorpione*, fatigatio. *Capricorno*, pecunia. *Aquario*, pecunia. *Piſcibus*, pecunia indicatur.

9. *Cantus*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, nova. *Tauro*, iter. *Geminis*, meliora. *Cancro*, nihil. *Leone*, phantaſiam. *Virgine*, magnum amorem. *Libra*, turbationem. *Scorpione*, dolorem animi. *Sagittario*, celebritatem. *Capricorno*, conſolationem. *Aquario*, ſomnium vanum. *Piſcibus*, diſcordiam ſignificat.

10. *Adventus amici*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, donum. *Tauro*, nihil. *Geminis*, nihil. *Cancro*, augmentũ pecuniæ. *Leone* diminutiquem. *Virgine*, anguſtiam. *Libra*, lamentationem. *Scorpione*, divitias. *Sagittario*, honorem. *Capricorno*, nova magna. *Aquario*, turbationem. *Piſcibus*, fatigationem ſignificat.

11. *Motus localis*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, litem. *Tauro*, bona tibi. *Geminis*, nova. *Cancro*, principis mortem. *Leone*, hoſpitis lætitiam. *Virgine*, inimicum. *Libra*, ſurripitur tibi aliquid. *Scorpione*, honorem. *Sagittario*, nihil. *Capricorno*, iram. *Aquario*, conſolationem. *Piſcibus*, magna nova ſignificat & portentoſa.

12. *Viſio ignis*. Lun. exiſtente.

In

In *Ariete*, turbationem: *Tauro*, hospitem *Geminis*, augmentũ pecuniæ *Cancro*, morbum: *Leone*, damnum: *Virgine*, turbationem: *Libra*, nova: *Scorpione*, morbum: *Sagittario*, nova *Capricorno*, nova: *Aquario*, dolorem mentis *Piscibus*, dolorem cordis prænunciat.

13. *Equitatio*: Lun. existente.

In *Ariete*, mors: *Tauro*, honor: *Geminis*, amicus *Cancro*, nihil: *Leone*, vita longa: *Virgine*, prælium: *Libra* humiliatio *Scorpione*, turbatio: *Sagittario*, detractio *Capricorno*, furtum: *Aquario*, hospes: *Piscibus*, detractio indicatur.

14. *Occisio* Lun. existente.

In *Ariete*, tristitiam. *Tauro*, mortem amici: *Geminis*, confessionem: *Cancro*, divitias: *Leone*, morbũ: *Virgine*, dolorem animi: *Libra*, angustiam: *Scorpione*, peccata *Sagittario*, mortem: *Capricorno*, lætitiam de munere: *Aquario*, nihil: *Piscibus*, bona significat.

15. *Mortuus* Lun. existente.

In *Ariete*, Divitias: *Tauro*, nihil *Geminis*, mala nova: *Cancro*, litem & iram: *Leone*, pecuniam: *Virgine*, hospitem *Libra*, gaudium: *Scorpione*, somnium vanum. *Sagittario*, bona nova *Capricorno*, gaudium: *Aquario*, bona futura: *Piscibus*, somnium vanum significat.

16. *Lotio in aquis* Lun. existente.

In *Ariete*, detrimentum: *Tauro*, turbationem: *Geminis*, detractionem: *Cancro*, magnam iram: *Leone*, gaudium *Virgine*, ægritudinem animi: *Libra*, divitias: *Scorpione*, timorem: *Sagittario*, divitias: *Capricorno*, gaudium: *Aquario*, detrimentum: *Piscibus*, laborem significat.

17. Pe-

17. *Pecunia*: Lun. exiſtente.

In *Ariete*, ægritudinem: *Tauro* gravem ſomnũ: *Geminis*, amiſſionem amici *Cancro*, hoſpitem *Leone*, pecuniam *Virgine*, fatigationem *Libra*, mortem amici: *Scorpione*, furtum: *Sagittario*, ſomnium vanum *Capricorno*, hoſpitem: *Aquario*, gaudium: *Piſcibus* hoſpitem ſignificat.

18. *Timor viſus*. Lun. exiſtente.

In *Ariete*, turbationem *Tauro*, prælium: *Geminis*, malam conſcientiam *Cancro*, bonam fortunam: *Leone*, ægritudinem: *Virgine*, pecuniam: *Libra*, ſomnium vanum: *Sagittario*, bona nova: *Capricorno*, litem tibi *Aquario*, fatigationes cordis: *Piſcibus*, lachrymas indicat.

19. *Pugna*: Lun. exiſtente.

In *Ariete*, infirmitatem: *Tauro*, victoriam de adverſario *Geminis*, bonam declarationem: *Cancro*, exaltationē *Leone*, invidiā: *Virgine*, bona nova: *Libra*, inimicum *Scorpione*, occupationem: *Sagittario*, nova de mulieribus. *Capricorno*, nuncium: *Aquario*, fugam inimici *Piſcibus*, gaudium ſignificat.

20. *Spolium homini illatum* Lun. exiſtente.

In *Ariete*, deceptionem: *Tauro*, divitias. *Geminis*, bonum hominem: *Cancro*, amicum venturum: *Leone*, munus. *Virgine*, anguſtiam: *Scorpione*, mortem inimici *Sagittario*, celebritatem: *Capricorno*, hoſpitem *Aquario*, laborem: *Piſcibus*, diſceſſum ſignificat.

21. *Morbus* Lun. exiſtente.

In *Ariete*, nihil. *Tauro*, lætitiam *Geminis*, deceptionem: *Cancro*, pecuniam amittendam *Leone*, amicum *Virgine*, lætitiam: *Libra*, ſolatium: *Scorpione*, pugnam: *Sagittario*, morbum *Capricorno*, gaudium: *Aquario*, gaudium amici. *Piſcibus*, occupationem bonam ſignificat.

22. *Oſ-*

22. *Oscula & amplexus*. Lun. existente.

In *Ariete*, turbationem. *Tauro*, detractionem. *Geminis*, adventum amici. *Cancro*, adventum inimici. *Leone*, exaltationem. *Virgine*, tristitiam. *Libra*, hospitem. *Scorpione*, gaudium. *Sagittario*, laborem parvum. *Capricorno*, nova. *Aquario*, dolorem & litem. *Piscibus*, lætitiam significat.

23. *Convivia*. Lun. existente.

In *Ariete*, gaudium. *Tauro*, adventum amici. *Geminis*, lætitiam. *Cancro*, nihil. *Leone*, vitam longam. *Virgine*, bona nova. *Libra*, angustiam. *Scorpione*, nummos. *Sagittario*, consolationem. *Capricorno*, separationem amici. *Aquario*, somnium vanum. *Piscibus*, gaudium præsignificent.

24. *Congregatio*. Lun. existente.

In *Ariete*, nova. *Tauro*, litem. *Geminis*, metum. *Cancro*, gaudium. *Leone*, malum nuntium. *Virgine*, malum nuntium. *Libra*, morbum. *Scorpione*, mala nova. *Sagittario*, lætitiam parvam. *Capricorno*, nihil. *Aquario*, somnium vanum. *Piscibus*, somnium vanum significat.

FINIS.

